





DISPUTATIONUM THEO.  
LOGICARUM  
De

SACRIFICIIS  
SATISFACTIONIS CHRIS-  
TI PRO PECCATIS TOTIUS MUN-  
DI PRÆSTITÆ, TYPIS FIR-  
MISSIMIS.

*Adversus recentiores Arianos seu Photinianos Satisfactio-  
nem CHRISTI omnem pernegantes*

DECIMA OCTAVA:

In qua iterum objectis Photinianis contra meritum Chri-  
sti alijs respondendi modus demonstratur &  
continuatur.;

QVÆ

In Collegio Disputationum Theologicarum privato in Templo arcis  
ad d. 18. Ianuarij Anno clō Io c xvi. in incluta VViteber-  
gensum Academia habebitur.

PRÆSIDE

VVOLFGANGO FRANZIO, S. S.

Theologiæ Doctore, & Professore Publico.

RESPONDENTE

LUCA HIEBERO

Augustano.

---

*VViteberga, Typis Johannis Gormanni.*



DISSENTAT ION I N T H E O .

IN Q U A E S T I O N E S P R O T E S T A N T I S

DE S A C R A M E N T O B A P T I S M I S

DE S A C R A M E N T O E U C H A R I S T I A E

DE S A C R A M E N T O M A T R I M O N I I

DE S A C R A M E N T O P O E N I T I A E

DE S A C R A M E N T O O R D I N I S

DE S A C R A M E N T O P E N I T I A E

DE S A C R A M E N T O P E N I T I A E

DE S A C R A M E N T O P E N I T I A E



Fragment of text from the adjacent page, including words like 'gu', 'pr', 'te', 'no', 'm', 'If', 'ho', 'di', 'ne', 'm', 'di', 'di', 'ti', 'De', 'ce', 'mi', 'bu', 'em', 'nū', 'in', 'me', 'mo', 'di', 'lud', 'qui'.



## In qua iterum objectis Photinianis contra meritū

Christi alijs respondendi modus demonstratur &amp; continuatur.

## T H E S I S I.

**R**æcedente disputatione decima septima propositæ fuere objectiones & instantiæ adversariorum, de illo themate, an, æternā mortem, quam meriti erant homines, subire potuerit Christus, cum responsione generali: & responsiones speciales ad singulas objectiones dilatæ sunt, in hanc usq; disputationem decimam octavam.

II. Illis igitur *in genere* præmissis facilis erit responsio ad singula argumenta Socini in specie: *Ad 1. Deus* ordinavit, ut pecus pro homine moreretur Lev. 17, 11. ita æquè ut Filius ejus percuteretur pro peccatis omnium hominum Es. 53, 6. *Ordinariè* Deus non punit filium pro patre, hominem communem pro alio homine communi, apud Ezech. 18, At ut pecus unum pro plurimis Israelitis offeratur Lev. 16. ut unus homo Deusq; pro cunctis hominibus offerretur, hoc est Dei mandatum æquè, sed *extra ordinarium*, unum mysterium omnium mysteriorum. Sicut ergo nemini licet argumentari ab ordinarijs ad extraordinaria, ita multo minus ab his ad illa procedere licet. Omnino crudelis dici non potest Deus, quod pro plurimis mundis nocentiū redimendis, ad tempus tradidit Filium unigenitū innocentē: potius crudelitas posset dici, si, cum potuisset, tamē non voluisset Deus *ad tempus* tradere Filium innocentē ad redimendos tot nocentes mundos, quos aliās in æternum perire necessum fuisset.

*Deus non est  
crudelis, nec  
cans innocen-  
tem Filium  
pro nocentibus  
hominibus.*

III. *Ad 2. tamen* unus hircus ἀποπομπῶν die X mensis septimi portavit omnium Israelitarū undecunq; maximis agminibus collectorū peccata in desertū, ut ita tanti exercitus una vice emundarentur Lev. 16. Christus non debuit, nec potuit, in æternū morti subiacere, citò fortitudine sua vicit mortē, & destruxit in morte eū, qui mortis habebat imperiū, Diabolum, ut liberaret QVOTQVOT metu mortis per omnē vitam obnoxij erant servituti Heb. 2, 14. 15. Cur in morte manere non debuerit, nō potuerit, satis jã patet, & prolixè superius dictū fuit. Cur passiones ejus nō sint labores dicendi promiscui, obstat illud Matt. 20, 28. quia dedit animam λύτρον pro multis, & illud Eph. 5, 2. quia tradidit semetipsum victimam Deo in odorem bonæ fragrantie.

*An passiones  
Christi sint  
tantum dicen-*

3 IV. Ad 3. Ex scriptis Lutheranorum potest colligere Smalecius contra Socinū, quod nequaquam verbalem sed realissimā idiomatum divinorum Carni Christi factam communicationem doceant, Nam Christo quatenus homo est, dedit pater omne iudicium. & ipse neminem iudicat pater, Joh. 5, 27. per suam igitur infinitam potestatem in ultimo die mortuos ex sepulcris de novo creabit, per suam omniscientiam cunctos undecunq; producet ea forma, statura, & sexu, quo hīc vixerunt, nec uno ullo præterito, per suam majestatem cunctis distribuet bona vel mala præmia, prout meriti fuere in hac vita, quorum factorum omnium per secula anteriora & posteriora singula singulos ipse quam penitissimè nunc numeratos, cognitos & sibi divino modo præsentissimos habet. Summatim est illa Carnis Christi majestas infinita, quæ semper permeavit totam Carnem ejus, ut quoties vellet, solo tactu sanaret quosvis ægrotos, & excitaret mortuos. De qua in nostrorum libris extant dissertationes prolixæ. Quare igitur non potuisset tanta majestas Carni morienti pro peccatis nostris pretij infinitatem addere.

4 V. Ad 4. multa facit Deus sua infinita potentia & sapientia SED & SIMUL juxta suam VOLUNTATEM, unde non omnia æstimanda sunt ex potentia & sapientia Dei, sed etiam aspicienda est VOLUNTAS DEI. Angelum unum NON VOLUIT infiniti pretij creaturam esse, cujus pretij VOLUIT & FECIT esse Christi passionem, quemadmodum paulò antea VOLUNTATIS DIVINÆ de immensitate passionis Domini textus sacros clarissimos indicavimus.

5. *Nimis jejuna instantia.* VI. Ad 5. admodum frigidum est, dicere, quod tantum unus potuerit satisfacere pro uno, & quod pro infinitis hominibus opus fuisset infinitis mediatoribus, si satisfactione expiata sunt peccata nostra. Toties jam UNUM HIRCUM *ἑνὸς ἡρῶν* nominavimus qui UNUS exportavit & hoc pacto ex voluntate DEI emundavit ingentia castra Israelitarum, quorum singuli ad minimum habebant peccatum, aliquod, quo INFINITUM DEUM læserant, pro quo etiam infinitis opus fuisset expiantibus hircis, si quicquam Socini illa ratio valere debet.

A

7. Ad

VII. Ad 6. Dei, non Socini fuit determinare numerum & modum plagarum Christi, ex quibus omninò Deus toti mundo voluit constare odium Dei erga peccata, & simul cunctis hoc innuere, ne patiatur Christum frustra pro ipsis esse passum. Ad 7. Deus voluit sufficientissimum esse *λύτρον* & victorem esse portatorem peccatorum, ideoq; simul voluit, ut non nudum hominem, sed ut Dominum gloriae crucifigerent Iudaei: 1. Cor. 2, 8. Voluit ut Deus acquireret Ecclesiam sanguine suo Act. 20, 28. Voluit ut sanguis Iesu Christi Filij eius mundet nos ab omni peccato 1. Joh. 1, 7. Simile quod adducit Socinus, nihil probat, sicut notum est de similibus ex Logicorum traditis. Ad 8. æquè satisfactum est Filio Dei cum Patre suo & cum Spiritu sancto, qua de re superius etiam actum fuit.

#### 4. An plus debeamus Christo quàm Patri, si Christus pro nobis satisfecit.

IIIX. Quod adversarius existimat, si satisfactione Christi nostra constat salus, quod plus debeamus Christo, quàm Patri, non eget magnopere laboriosa responsione, cum etiam Smalcus cap. 19. de regno Christi, in libro de divinitate, ex sua sententia dicat, quod Christus ab eo tempore, quo ascendit cœlos, ita regnet in hoc mundo super populum suum, ut Pater regno super eum se ipsum quodammodo privasse videatur.

IX. Sicut autem ibidem statim subjicit ex sua sententia Smalcus (Nec est quod quis fortasse cogitet, hac ratione Deo Patri aliquid detrahi, si Christus tantopere extollatur. Tantum enim abest, ut per hoc aliquid Dei Patris gloriae detrahatur, ut id potius ad summam Dei gloriam spectet. Hinc enim apparet, Deum illum unum, non tantum talem esse, qui omnibus absolute imperet, verum etiam talem, qui alium etiam talem efficere potuerit, qui nomine & vice Dei, potestatem tamen ab eo consecutus, absolute in Ecclesiam vel populum Dei dominium habeat) ita quoq; hic formet responsionem sibi opponendam ipsemet, videlicet, Deum esse causam salutis nostræ per Christum nobis partæ, siquidem Deus hoc consilium dedit, de temperamento justitiæ & misericordiæ suæ, ut pro lapso genere humano alius satisfaceret juri decreti divini, de morte æterna sustinenda arboris vetitæ de-

voratoribus & omnibus eorundem posteris. DEO sit gratia, qui  
 dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum, 1. Cor. 15. 57.  
 Ego sum via, veritas, & vita, nemo venit ad Patrem, nisi per me, Joh. 14. 6.  
 Fiduciam per Christum habemus apud DEVM, 2. Cor. 3. 4. Omnia ex  
 DEO, qui reconciliavit nos sibi per Iesum Christum, DEVS erat in Christo,  
 mundum reconcilians sibi, oramus Christi nomine, reconciliemini DEO, Fe-  
 cit (DEUS) ut is, qui non novit peccatum, pro nobis peccatum esset, ut effice-  
 remur iustitia DEI in eo, 2. Cor. 5. 18. 19. 20. 21. In omnibus glorificetur  
 DEVS per Iesum Christum, 1 Petr. 4. 11. Vide etiam Col. 1. 12. 13. 14.  
 15. 16. 17. 18. 19. 20. & 3. 17. Ephes. 1. 3. Benedictus DEVS & Pater Do-  
 mini nostri Iesu Christi, qui benedixit nobis omni benedictione spiritali in  
 caelestibus IN CHRISTO, item versu 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Immo  
 hæc est perpetua sacrorum scriptorum sententia, unde nihil  
 est quod metueret Smalcus, fore ex doctrina de satisfactione  
 Christi, periculum gloriæ DEI, quasi plus deberemus Christo,  
 quam DEO, cum Christus non nisi ex DEI consilio illud offi-  
 cium suscepit & peregerit. Vide disput. 16. thesi 132. 133.

Quatuor aliæ objectiones Socini contra  
 meritum Christi, ex 3. & 4. parte,  
 de Servatore.

**Obiectio 1.** X. Tenuis momenti sunt objectiones, quas in quarta parte de  
 quod triplex Servatore Socinus contra meritum Christi fabricat, ubi primò o-  
 fit usus vocabu mium aggreditur Phrasin (satisfactionem Christi imputari) & tri-  
 li IMPVTARI, plicem usum verbi IMPUTARE constituit, simulque doce-  
 & tamen nul- re connititur, nullum ex illis tribus posse in merito Christi sub-  
 lus in merito sistere. Primum enim (inquit) imputatur nobis iustitia Rom. 4.  
 Christi substi- 6. nimirum ideò imputatur, quia antea non habemus eam, vel  
 flat. non habere censemur. Deinde imputantur nobis peccata, nimi-  
 rum quia ea habemus, iccirco imputantur ad hunc finem, ut  
 puniamur. Deniq; imputatur nobis fides, nimirum etsi eam  
 habemus, tamen imputatur illa nobis pro re alia, quam non  
 habemus, nimirum pro iustitia, ex Rom. 4. ubi subintelligen-  
 da venit vox iustitia.

XI. Jam facit remotionem trium usuum istorum & arguit  
 l. 13.



I. satisfactionem, nec primo usu nobis posse imputari, quia ante  
imputationem eam habemus, & nisi haberemus, dicendum es-  
set, Christum pro nobis non satisfecisse: nec secundo usu, quia si  
jammodo habemus satisfactionem, non possumus non justifi-  
cari, citra ullam imputationem: neq; tertio usu, quia justificatio  
est ipsa satisfactio, vel eam in sese continet. Et si satisfecit  
Christus pro nobis, quid opus ut nos censeamur satisfecisse in  
illo. *Imputandi vox* etiam secundum ipsum non debet usurpari  
pro applicatione, non enim opus esse existimat applicatione,  
si modo facta est solutio seu si satisfactum est. Si enim satisfa-  
ctum est, tum ante applicationem habemus, nec opus est, ut  
demum applicetur.

XII. Si etiam non aliter satisfactum est à Christo pro no-  
bis *quam si crediderimus*, & ita fide satisfactionem ejus nobis appli-  
eamus, tum omninò non est pro nobis satisfactum, nisi sub con-  
ditione, id quod idem esset, ac non dari alicui beneficium, quam  
credat sibi beneficium datum iri, id quod absurdissimum esse  
judicat.

XIII. Verum enimverò doctrina de sacrificijs, his quoque  
modum & terminum ponit. Jam enim ab initio de sacrifican-  
tibus & pro peccatis offerentibus, vel sacrificaturis aut oblatu-  
ris est in oculis Domini destinata satisfactio, quod videlicet  
Deus pecoris combustionem velit accipere pro pœna inferen-  
da ipsi prævaricato hominì. Hoc etiam fine proposuit regu-  
lam de sacrificijs, ut homines certissimi sint de tanto destinato  
beneficio, seu de placatione Dei.

XIV. Hinc peragitur externus ritus combustionis pecoris.  
Et licet ita peragatur juxta Dei præscriptum, mors pecoris pro  
homine, & fiat satis pro homine seu expietur hominì Deus, ta-  
men adhuc requiritur salutaris applicatio, per fidem veram &  
non fucatam, sine qua hominì consilium & beneficium Dei  
nihil prodest. Cain enim consilium Dei pro se habebat, habe-  
bat pro se actum externum satisfactorium, & tamen quia vera  
fides deerat, beneficij compos non est redditus. Sic Deus be-  
neficium satisfactionis Filij omnibus ab æterno destinatum  
hodie paratum habet, sed & vult cum gratitudine illud recipi  
& per fidem fieri applicationem.

**Objectio 2.** XV. *Secundo* tenuis etiam est ponderis objectio alia apud quod nunquam Socinum, quod apud Paulum nunquam dicatur nobis imputari dicatur nobis *justitia Christi*, sed absolutè semper imputari *justitia*, quam intel-  
*imputari justis* ligit ipse de justitia propria cujuscunq; hominis converfi. *Re-*  
*ctia CHRISTI.* spondetur enim ex textibus sacris illud ipsum satis determinanti-  
**Responsio ad** bus, quod in dubium vocat Socinus. Rom. 3, 24. *Iustificantur gra-*  
**object. 2** *tis, ejus gratia,* per redemptionem factam per Jesum Christum, quem proposuit Deus placamen per fidem in sanguine suo per remissio-  
nem præcedentium peccatorum, Rom. 4, 13. *Num per legem cessit promissio* ( de semine benedicturo omnibus gentibus ) *Abraha.* Ro-  
man. 5, 6. 8. *Christus pro nobis, quum adhuc essemus peccatores, mortuus est, iustificati igitur ejus sanguine servabimur nunc multò magis ab ira per eum, nam si cum inimici essemus, reconciliati fuimus DEO PER MORTEM FILII EJUS, &c. Si unius delicto multi sunt mortui, multò magis gratia Dei, quæ est unius hominis Iesu Christi, in multos redundavit. Si per unam offensam mors regnavit, per unum multò magis ij gratiam accipiunt, in vita regnabunt, per unum Iesum Christum. Ut quemadmodum regnaverat peccatum in mortem, ita etiam gratia regnaret per justitiam in vita eterna per Iesum Christum Dominum nostrum.*

XVI. Sunt ista omnia plus quam facilia & firma: at Socinus quasi omnium aliorum, quæ hactenus pro illis dici potuerunt oblitus, & præsupponens, Christum non vice nostri mortuum, ut nec olim pecus vice hominis fuisse sacrificatum, jam modos excogitat & strophas, quibus etiam hæc illustrissima oracula in suum sensum detorqueat. Id quod lectorem nihil movere debet, sed explicet lector hæc oracula contra Socinum ex doctrina sacrificiali, & nullos amplius scrupulos sentiet.

**Instantia 1. Socini.**

XVII. Difficultatem non exercitato movet Socinus, dum urget ad Rom. 4. de justificatione Abrahami usurpari verba ex Gen. 15, 5. 6. *quod credidit Abraham Deo* ( promittenti posteros plures quam sunt stellæ cœli ) & *quod fuerit* ( tale credere ) *imputatum ei ad justitiam.*

**Responsio ad 1. instant.**

XIIX. Verum enim verò locus Gen. 15, 5. 6. explendus est ex Gen. 12, 1. 2. 3. & 22, 16. 17. 18. In quibus tria promittuntur Abrahamo 1. terra Chanaan 2. posteritas multa ex ipsius semine intra illam terram Chanaan propaganda, 3. Messias benedi-

dicturus omnibus gentibus terræ, nascendusq; intra terram Chanaan ex posteritate Abrahami. Repetuntur eadem tria de Jacobo Gen. 28. 13. 14. Etsi igitur Gen. 13. 14. 15. 16. ad Abraham & Gen. 26. 24. ad Isaac tantum seminis promissio copiosissima extat mentio, tamen non alia promissio seminis sperari potuit aut debuit, nisi ex quo Messias oriretur, & quod semen fuit, multiplicatum, ut ex eo Messias prodiret.

XIX. Eadem methodus servatur à Spiritu sancto in novi testamenti Scripturis. Nam Galat. 3. 7. & sequent. dicitur, *Nos nempe, quod qui ex fide, sunt, ij sunt filij Abraham, prævidens autem Scriptura, quod ex fide justificet gentes Deus, antè Evangelizavit Abrahæ, Benedicentur in te omnes gentes, itaq; qui ex fide benedicuntur cum fideli Abraham.* Item: *Christus nos redemit ab execratione legis, dum pro nobis factus est execratio, ut in gentibus benedictio Abrahæ extet in Christo Iesu,* Interim Rom. 4, nudè recensita verba (de imputata justitia credenti promissionem seminis sui multiplicanda,) simul requirunt, ut subintelligatur semen, in quo benedicendæ sunt omnes gentes: id quod iterum fit Gen. 18, 18. cum omninò Abraham sit futurus in gentem magnam & fortem, *benedicendæq; sint in eo omnes gentes terræ. In semine Abrahæ benedicendæ sunt omnes gentes terræ,* illud omninò nihil est aliud quam Christus. Aut ipse Abraham aut ejus posteritas aut Christus est illud semen. Non Abraham nec posteritas ejus, quia Abraham ipse debet benedici, nec ejus posteritas benedicit gentibus terræ, Ergò Christus qui hoc ipsum complevit, est subintelligendus.

*Euangelium  
Abrahami spe-  
ctat benedictio-  
nem à Messia  
in se derivan-  
dam.*

XX. Nimis autem contra & imperfectissima est responsio *Instantia 3.*  
*Socini ad 5. caput ad Rom. Quemadmodum per Adamum actuale peccatum in mundum introijt, & per peccatum mors: Sic per Christum actualis & vera obedientia in mundum intravit* (id est, ab ipso divinæ voluntati ea ratione obædiendi, qua hoc tempore jubemur, in mundo initium est factum,) & per obædientiam vita, unde factum est, ut in omnes homines vita pervaserit, quatenus obædierunt vel eo quòd omnes qui scilicet ab ipso Christo sunt prognati, obædierunt. Nam Apostolus quid per obædientiam velit, ipse declarat in alijs suis epistolis, Phil. 8. quod sit obædiens factus usque ad mortem crucis, Quid in cruce egerit, ostendit Petrus

*Responsio ad  
2. instant.*

B

1, Pet.

1. Pet. 2, 24. peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum,  
& Apostolus ad Hebr. 2, 14. per mortem destruxit eum, qui  
mortis habebat imperium. Qua de re superius valde multa  
sunt dicta.

Objectio 3.  
Socini.

Responsio ad  
3. object.

XXI. Leve deniq; est illud quoq;, *fides in Christum nititur pro-  
missione*, promissio respicit futurum. Ergo *fides in Christum respicit  
futurum*, & per consequens non potest respicere in satisfactio-  
nem Christi præteritam. *Ad majorem respondemus*, Fides in Chri-  
stum nititur promissione, sed non sola promissione, respiciente  
futuram vitam æternam, verum etiam illo quod pro hominibus  
nunc contigit quod est satisfactio Christi, de qua nobis præfu-  
tura spem, promissionem & Dei auctoritatem habemus.

Objectio 4. So-  
cini.

Responsio ad  
object. 4.

XXII. Speciosum videtur & illud objectum laico at non  
utcunque versato in lectionibus sacris, *quod si per satisfactionem  
Christi debeamus salvari, oporteret Christi verba & ejus prædicationem po-  
tissimum ea de re agere, cum tamen tale quippiam Christus nunquam di-  
xerit populo, nec etiam principibus populi, ne quidem suis discipulis, & ne-  
cesse esset Evangelistas falsa dicere, quando in Christum credidisse scribunt  
auditores Christi, quibus tamen nec Christus suam satisfactionem prædi-  
casset, nec ipsi talem in rerum natura futuram somnare potuissent.* Et pessimè  
Christus se lucem mundi esse & ad se veniendum procla-  
masset, nisi in ipso salus fuisset sine satisfactionis commen-  
to: alioquin enim satisfactionem apertius debuisset indi-  
care.

XXIII. Sed & ipsemet Socinus in conscientia convictus  
ex parte sibi contradicit, dum recenset; quod Christus semel  
*suis discipulis solis* dixerit, se venisse, ut animam suam daret redem-  
tionis precium pro multis Matth. 20, 28. Item *seorsim* sangui-  
nem suum jam jam fufum iri pro multis in remissionem pecca-  
torum Matth. 26, 29: *Populo item*, se esse bonum pastorem, qui a-  
nimam suam pro ovibus ponat Joh. 10, 11, 15. quod Johannes  
item 1, 29. exclamaverit, *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.*

XXIV. Etsi verò Socinus hæc pro suo more declarat,  
quod sint illæ tales phrasæ, sicut Petrus volebat ponere ani-  
mam pro Christo Joh. 13, 37. sicut Christus monet pios, ut ani-  
mam

mam suam ponat quis pro amicis Joh. 15. 12. & addit non intellexisse discipulos, nedum populum quod esset agnus Dei portans peccata mundi, tamen illud neminem moveat.

XXIV. Qualis enim sit differentia inter patientem Christum, qui portat peccata sibi à Patre imposita Esa. 53, & inter alios ponentes animas pro fratribus, quorum tamen peccata non portant, hætenus in hoc tractatu nimis sæpè est dictum. Nihil etiam refert quod discipuli & alij tunc temporis non omnia una vice intellexerunt plenè. Habet enim fides sua incrementa & in fide Apostolorum complenda valde laborat Christus, quam tamen non nisi post acceptum Spiritum sanctum completam, fuisse etiam pueri legentes Biblia judicare possunt.

XXV. Et hætenus præcipuas objectiunculas adversus meritum Christi quas Socinus producit parte 3. & parte 4. de servatore attigimus, simul monstrata ratione, qua illæ juxta divinam doctrinam de sacrificijs solidè refutari debeant. Hæc enim est fons omnium assertionum de satisfactione Servatoris nostri, & simul est norma, secundum quam judicandæ & rescindendæ sunt adversariorum opiniones.

## REFUTATIO CENSURÆ SMALCII super Quintæ Quæstionis responsionem.

XXVI. Quinta quæstio fuit, *an pati PRO NOBIS* *supati* VICE nostri, & responsum fuit, *affirmativè*, sumta ratione *Obiectio.* ex doctrina sacrificiali, ubi victima vice hominum moritur, & est illa Christi typus ita pro nobis seu vice nostri morientis. Revertit adversus illud Adversarius, Ratio quam assert Franzius, talis est, ut RISV quam responsione dignior sit. Quis enim unquam audivit, vel legit, victimam hominum vice mori, cum non omnis victima talis fuerit, quæ mori posset, nec ea quæ moriebatur, ideo moriebatur ne homines morerentur, cum ob ea peccata expianda offerretur, quibus mors nulla erat designata, pro ignorantijs enim & infirmitatibus tantum victimæ erant constitutæ. Ad oculum igitur patet,



quomodo vera responsiones Franzium defecerint, cum tales eum afferre oportuit. Hæc ille.

*Responsio.*

XXVII. Respondemus & petimus nos exaudiri ab utraque parte tum adversariorum, cum fautorum nostrorum in hac controversia. Vicit enim adversarius Smalcus, si vera sunt, quæ hic scribit: Victus est, si falsa sunt, quæ hic scribit. Utrum autem vera vel falsa scripserit in hoc loco, rogamus, ut ex ijs quæ huc usque & quidem in decima septima ipsa disquisitione proposita fuere dijudicetur. Hanc omnino propositionem, quod pecora moriantur Vice hominum, tanquam fundamentum nuclei doctrinæ sacrificialis, ad eò stabilivimus, ut quid contra sit facturus adversarius, ipsi videndum, nostris & alijs fuerit judicandum. Simul etiam reliqua, an non omnes victimæ fuerint mortuæ, an victimæ tantum fuerint oblatae pro ignorantijs & infirmitatibus in disputationibus huc usq; hiscè ita sunt discussa, ut tædeat toties eadem repetere. Rîsus videntur sacrificialium explicationes huc usq; datae: nos non ridemus, sed de serijs cupimus serias collationes & solidas.

## REFUTATIO CENSURÆ SMALCII super Sextæ Quæstionis Respon- sionem.

*Quæstio.*

XXIIIX. Sexta quæstio fuit, ubi Scriptura dicat, Christum reconciliasse nos Patri, ut ex accusativo (NOS) iratum patrem fuisse (Nobis) concludi possit: & quod tum fuit responsum,

*Responsio.*

id extat confirmatum disputatione sacrificiali decima sexta à thesi 122. & ultra. Etsi enim hæc phrasis his literis & syllabis nō extat in Scriptura, tamen sensus ejusdem phraseos in Scripturis maximè est fundatus. Si enim Christus vice nostri mortuus est, siquidem Pater coniecit in eum omnia peccata nostra Esa. 53. 6. & si reconciliati sumus Deo per mortem Filij ejus, tum necesse est, quod Deus iratus fuerit nobis, & quod nos reconciliati simus Deo per mortem Filij ejus, seu quod Christus reconciliaverit nobis Patrem. Ut nos homines reconciliaremur Deo, ad hoc

*Confirmatio  
responsionis.*

non.

non opus erat, ut Pater in Filium conjiceret omnia peccata nostrum omnium, & ut Filius moreretur. Nisi enim nobis iratus fuisset Pater, non fuisset quaesitus, in quem conjicerentur peccata, & qui per mortem nos reconciliaret Deo.

XXIX. *Si Christus* obtulit pro nostris delictis, Hebr. 7. 27. *Alia confirmatio*  
*Si Christus* unam pro peccatis obtulit hostiam Hebr. 10, 12. *Si redemptio responsio-*  
*demi* nos de maledictione legis, factus pro nobis maledictum *nis,*  
Gal. 3. 13. *Si tradidit semetipsum* pro nobis oblationem in odorem  
suavitatis Eph. 3, 2. tum ex natura oblationum & hostiarum &  
sacrificiorum pro peccato, Christus expiavit peccata nostra  
apud coelestem Patrem. *Si vero victimae fuerunt oblatae* à pravarica-  
toribus, ut ijs sibi placarent Deum, tum etiam Christus fuit ob-  
latus, ut Nobis placaret & reconciliaret Patrem, & per conse-  
quens, Patrem iratum nobis fuisse necessario sequetur. Si item  
Christus dedit redemptionis precium animam suam pro nobis,  
Matth. 20, 28. Si dedit eum Pater, ut esset placamen per fidem  
effuso sanguine ipsius Rom. 3, 25. Si sua unica oblatione con-  
summavit in perpetuum eos qui sanctificantur Heb. 10, 14. tum  
utiq; à Christo habemus, quod Patrem experimur benignum,  
non verò quod Patri incipimus esse faventes. Si ejus vicibus  
sanati sumus, tum prius sani non eramus; Qua de re per totum  
hunc tractatum unicè laboravimus, nec hic pluribus repeten-  
dis lectorem fatigabimus.

XXX. *De hirco* ἀπο τοῦ πᾶσι, an de rupe fuerit praecipitatus *Responsio ad*  
ille & ita occisus, sive an vivus alligatus in eremo, ut utroque *id quod non o-*  
modo bestiarum cibus fieret, (Azazel, cui destinatus ita erat ne *mnia sacrificia*  
redire posset & sua immunditiae toti populo irritam facere o- *fuerint com-*  
mnem antea ex ipsius relegatione conceptam, generalis remis- *busta.*  
sionis peccatorum spem) an potuerit inquam vel vivus, vel  
mortuus à feris & bestiis salvus & intactus relinqui, judicabit  
lector ex thesi 70. disputationis sacrificialis decimae tertiae. An  
non etiam pro maximis peccatis & non tantum pro ignorantibus  
sacrificatum fuerit, judicabit lector ex thesi 7. & sequent. di-  
sputationis sacrificialis 15.

XXXI. Etsi verò haec ita sese habent, ut, quod speramus,  
ἀδελφῶτα, tamen Smalcus vix potuit excogitare satis idonea

Audi lector  
scommata  
Smalcij.

sibi visa scommata, quibus hanc sextæ quæstionis declarationem exagitaret. Nisi (*inquit*) illud demonstretur (quod Christus reconciliarit nobis Patrem) nullius valoris esse deprehendetur dogma de satisfactione. Hoc enim requirit, ut antea Deus iratus fuerit. *Item*: Sed spero illum (Franzium) satis graves daturum hujus suæ levitatis in scribendo pœnas, apud omnes pios & cordatos lectores, cum & sponte sua & nostra hac responsione adjuti animadvertent, quàm pueriliter & quam futilliter agat nobiscum. Cupimus nobis ostendi vel semel id, quod millies Lutherani & alij iterare solent, *Christus nobis Patrem reconciliavit*, Franzius verò cum fatendum illi esset, se non habere ullum talem locum in universa sacra Scriptura, de Christo tale quid affirmantem, maluit extrema quæquè tentare, quam veritati accedere. Ad sacrificia nos relegat. At nos de Christo interrogamus, passim (*ait*) de sacrificijs est exaratum, quod placatus fuerit per ea Jehova. At hoc non probavit: Et si probasset, quid ad nostrum faceret propositum? poterant enim placare sacrificia Deum, quia iratus tunc esset illis, qui ea offerebant, cum non negemus, Deum iratum fuisse, modo his, modo illis & ideò placandum, sed negamus, & hoc erat Franzio observandum, Deum ob lapsum Adami, toti humano generi iratum fuisse, ita ut opus fuerit eum placare vel reconciliare nobis, maximè verò tunc, cum Christum in mundum misit. Viden' quam mascula sunt Franzij responsa & disce, si sapis, nihil eum prorsus habuisse, quod veritati opponeret, quantumvis se non in uno loco jactet. *Hec omnia Smalcij.*

Responsio ad  
scommata  
Smalcij præcedentia.

XXXII. Audivisti igitur benignissime lector *Smalcium*, audi jam nos solida responsa iterum repetentes, & eadem dijudica. *Questio est*: An in sacris literis extet propositio illa, *Christus reconciliavit nobis Patrem*. Ratio cur de hac quærat adversarius tam scrupulosè, est illa 1. quia si Christus *nobis* reconciliavit Patrem, tum necesse est, Patrem antea fuisse nobis iratum. 2. quia si non extat illa propositio jam dicta in sacris, sed potius illa, (*Christus reconciliat nos Patri,*) tum sequitur, quod

nos



nos fuerimus alieno animo à Patre, & nos ipsi Patri per Christum fuerimus reconciliati, non verò quod Patrem nobis Christus reconciliaverit,

XXXIII. Perspicuè igitur ad quæstionem propositam respondemus 1. quod prima propositio non extet quoad has literas & quoad has syllabas in sacris literis, sed quod tamen dilucidissimè extet in sacris quoad sensum, quem jam indicatum tenes, lector thesi 2. quod altera propositio *κατὰ πρότον & κατὰ δεύτερον* extet in sacris.

XXXIV. Hanc responsionem verissimam & solidissimam etiam in disputationibus super Augustanam confessionem indignitatis Smalcij nunc in verbis paulo ante allegatis more sibi solito excepit. Sed nos talia non curamus: refutet ille sensum quo in sacris extare ostendimus eam propositionem (Christus reconciliavit nobis Patrem) tum extra mentionem sacrificiorum, tum cum mente sacrificiorum. Nam primò si sumus omnes homines sanati vibicibus Christi, super quem Pater posuerat omnium nostrum peccata, & ita Christum vulneravit, tum utiquè Pater iratus fuit, & voluisset nostrum omnium peccata punire, nisi eadem fuissent punita in Christo, atquè sic omnino placatum reddidit & nobis omnibus reconciliavit Patrem. Deinde si Christus semetipsum obtulit pro omnibus nobis victimam & hostiam pro peccato, tum duo necessariò asserenda sunt, 1. quod Deus omnibus nobis iratus fuerit, & quod sine victima placari non potuerit, 2. sicut victima expiat, placatum & pacatum quietatumquè reddit Deum, quod ita Christus agnus Dei tollens peccata mundi, & victima nobis omnibus reconciliaverit Patrem. Non lubet verba Smalcij scommatica compensare scommatibus, quia nobis propositum est veritatem in apicem proferre: alias

campus exagitandi Smalcij apertus  
esset latissimus.

RE-



REFUTATIO CENSURÆ SMALCII  
super septimæ Quæstionis explica-  
tionem.

1. *Obiectio*  
*Smalcij quasi*  
*Christus non*  
*in cruce sacri-*  
*ficavit, sed nūc*  
*demum hoc fa-*  
*ciat in cælo.*

*Responsio ad 1.*  
*obiectionem*  
*Smalcij.*

XXXV. *Septimæ quæstionis sententia est, an pati sit pars sacrificij Christi, id quod fuit affirmatum. Econtra respondet Smalcus fol. 143. super disputationem 4. de justificatione: Christum non fuisse factum prius Pontificem, quam in cœlum ascenderet, tam est certum, ut HODIE NEMO ILLUD NEGARE QUEAT, nisi simul bonam partem literarum sacrarum, & PRÆSER- TIM Epistolæ ad Hebræos negare velit. Franzius etiam non negat, Christum nunc esse sacerdotem, & partes sacerdoti Christo tribuit in cœlo degenti. Interim non videt, hac ratione illud everti, quod plerunq; dicit, sacrificium in cruce peractum esse. Doceat jam Franzius partes sacrificij Christi esse pati: Doceat crucem Christi esse aram. Non pars enim sacrificij Christi, sed præparatio ad id Christi mors appellari & haberi potest, quemadmodum etiam mactatio pecudis, cujus deinde sanguis in sancta sanctorum inferebatur, non pars sacrificij legalis (hoc enim non nisi in sancto sanctorum caput) sed ad illud præparatio erat. Hæc ille.*

XXXVI. *Respondemus, & ecce lector quam fluctuet animus iratus Smalcij. Petit doceri, quod pati sit pars sacrificij Christi. Tamen antea ipse fuit confessus, fol. 365. super disputationem de pœnitentiâ hoc ipsum. Sic enim habent verba ipsius: Hic illud MAXIMOPERE notandum est, quod NON SOLUM sanguini vel MORTI Christi tribuatur in sacris literis nostrorum peccatorum expiatio, SED ETIAM ET IN PRIMIS sacrificio ipsius. Nec immerito, sacrificia enim illa legalia NON TANTUM MORTIS Christi, sed etiam sacrificij ipsius & hujus maxime typi fuerunt; sacrificium autem non nisi in cœlis perfectum esse, hinc perspicitur, quod sacrificia Veteris Testamenti non nisi in sanctuario perficiebantur. Hæc ille.*

XXXVII. *At benevolus lector videat primum ea quæ extant disputatione præcedente in octavo Smalcij objecto, thesi 46. & sequent. deinde quæ habentur disputatione decima quinta thesi 48. ut & alijs ibidem antecedentibus & aliquot ibidem con-*

consequentibus. *Ad sacrificiū* requiritur impositio manuum, ma-  
ctatio, sparsio regularis sanguinis super altare & combustio san-  
guinis & carniū super idē. Et his omnibus factis dicitur factum  
sacrificium, dicitur facta expiatio, dicitur facta remissio Lev. 4. *Non de omni-*  
per totū. *Quod in aliquibus sacrificijs, nimirū oblati pro sacerdo-*  
te & pro tota communione aliqua, aliquid sanguinis in sancto *bus sacrificijs*  
aut sancto sanctorum spargitur, item quod carnes in aliquibus *spargitur san-*  
talibus extra castra comburuntur, id factū fuit ad majorē hor- *guinis aliquid*  
rorem propter peccata à sacerdotibus aut tota communione *in sanctuario.*  
commissa, incutiendum, (alioquin enim id in alijs non accidit,) & tum sparsio sanguinis quasi pars sacrificij cohærens, & illata ostenditur, & simul emundationis partem aliquam indicat, **PLENA** & completa autem fit in sanguinis totalis combustione Levit. 17, 11. pro qua in hirco emissario est tragica magis mors illa istius hirci.

**XXXIIX.** Epistola ad Hebræos cap. 9, vers. 7. in his ver- *Explicatur pe-*  
bis, *In secundum semel quot annis solus Pontifex non sine sanguine (ingre-*  
*ditur)* **QUEM OFFERT PRO SEIPSO, & PRO ER-** *nitius quomo-*  
**RATIS,** optimè appositissimè declaratur per verba Levitici *do quotannis*  
16. Ponantur autem omnia verba de illo sacrificio pro sacerdo- *Pontifex in-*  
te & pro erratis oblato in unum locum, & res erit clara. Fit *gressus sit cum*  
quidem Levitici 16. mentio sacrificialium pecorum *quinq;*, quia *SANGVINE*  
multa mandavit Dominus ad certitudinem expiationis tam so- *QUEM OBTV*  
lennis evidentio-rem videlicet *duorum* quæ spectant ad sacerdo- *LIT.*  
tes, juveni unius videlicet pro peccato, & arietis unius in ho-  
locaustum, vers. 3. & quæ spectant ad populum, videlicet *duo-*  
*rum* hircorum pro peccato & arietis *unius* in holocaustum.

**XXXIX.** *De arietibus duobus,* in holocaustum, uno sacerdo- *Duo arietes in*  
tum & uno populi, nihil fuit illatum sanguinis vel in sanctum, *die ingressus*  
vel in sanctum sanctorum, quia nec ulla holocaustorum regu- *summi sacer-*  
la hoc postulat. *De hirco emissario (PRO PECCATO co-* *dotis in sancta*  
gnominato sacrificio & ipso) etiam nihil fuit illatum sangui- *sanctorum.*  
nis, vel in sanctum, vel in sanctum sanctorum, quia vivus ille *Hircus & πο-*  
in eremum educitur. Restat igitur *juvencus* pro peccato sacer- *πομπας*  
dotum, & *hircus* pro peccato alter mactandus intra urbem. Ho- *juvencus &*  
rum duorum sanguis **SPARGITUR DIGITO** septem *hircus, uterq;*  
**C** *vi-*  
*pro peccato.*

vicibus in sancto sanctorum & in tabernaculo seu sancto, & ita emundatur sanctuarium ab immunditijs filiorum Israel, *Iam attende lector.*

*Ecce lector, ubi Pontifex ingressus cum sanguine sanguinem offerat.*

XL. Nullus autem (*inquit textus*) homo erit in tabernaculo dum ingreditur ipse ad emundandum in sanctuario, DONEC EGREDIATUR IPSE ET EXPIATIONEM FECERIT PRO SE, ET PRO DOMO SUA, ET PRO UNIVERSO COETU ISRAEL. Exhibit enim (prius) ad altare in sancto & expiabit illud, TOLLETQUE de sanguine juveni ac de sanguine hirci & ponet super cornua altaris per circuitum, aspergetq; super illud de sanguine illo digito suo septem vicibus, & mundabit illud ab immunditijs filiorum Israel.

*Offert sanguinem Sacerdos ingressus in sancta.*

XL I. *Ecce lector*, quod jubetur summus sacerdos de sanguine juveni & hirci inferre in sanctum sanctorum, deinde in sanctum, & quidem spargere de eo septem vicibus, & ponere in cornibus altaris per circuitum: ex ceremoniæ describuntur Levitici 4, usque ad versum 22. Præterea jubetur ut nemo sit in sancto *videlicet* ex alijs sacerdotibus (*nam in sanctum sanctorum alioquin nemini unquam patebat introitus*) dum ingreditur ipse (*in sanctum*) ad emundandum in sanctuario, DONEC EGREDIATUR (*extra sanctum, in apricum, in atria, ad conspectum populi*) IPSE, & (*egressus utique*) FECERIT EXPIATIONEM PRO SE & PRO DOMO SUA & PRO UNIVERSO COETU ISRAEL. DENIQUE Aaron exuit vestes hactenus necessarias & induit alias, & EGREDIETUR (*in atrium, in conspectum populi*) ET FACIET HOLOCAUSTUM SUUM, & HOLOCAUSTUM POPULI, EXPIATIONEM FACIET PRO SE ET PRO POPULO.

XLII. Restat quippe aries pro holocausto sacerdotum, ariesq; pro holocausto populi, & hos duos arietes post omnem processum in sancto sanctorum & in sancto absolutum, debet plene comburere. Post combustos hos duos arietes, tandem restat juveni pro peccato sacerdotum & hirci pro peccato totius populi sanguis ut & adeps reliquus cum tota carne. Cum his ita procedere debet summus sacerdos, ut expiatio fiat pro se & pro populo.

**XLIII.** Modum hoc loco non repetit Moses, utpote antea propositum, capite Levit. 4. Nimirum

**XLIV.** Primo quoad reliquum sanguinem versu 7. *Totum sanguinem (reliquum) IUVENCI (pro sacerdotum peccato) effundet ad basin altaris holocausti, Totum præterea adipem juveni pro peccato adolebit super altare holocausti. Ver. 18. Posthac totum sanguinem reliquum (pro peccato cætus) effundet ad basin altaris holocausti, Totum etiam adipem tollet ab eo & adolebit super altare.* Secundò, quoad carnes juveni & hirci, eas ambas juxta præcepta Levitici 4. usq; ad 22. vers. exportari faciet extra castra, & comburet igne pellim, carnes, fimum, ut apparet etiam Levit. 16. 27. Vbi simul notandum, quod pro immundo debeat haberi, qui exportavit & combussit carnes juveni & hirci, sicuti qui deduxit hircum peccatis totius populi oneratum & immundatum itidem pro immundo debuit haberi.

**XLV.** Quis ex hoc fusiori & nobis necessitate quadam extorto declaramento non intelligit, quando Apostolus ad Hebræos Cap. 9. versu 7. dicit *Pontificem ingressum non sine sanguine, QUEM OFFERT PRO SE IPSO & PRO ERRATIS,* quod idem & non aliud possit dicere, quam quod habetur in Levitico, nimirum, quod Sacerdos faciat expiationem pro se & pro populo. Si autem expiationem pro se & pro populo sacerdos non absolvit, nec complevit in sancto sanctorum, nequè in sancto, (in quo sanguinem spargit, post finitam sparsionem sanguinis in sancto sanctorum) sed postquam omnia fuere ad finem deducta, quæ circa sparsionem sanguinis debuere intra sanctum sanctorum & intra sanctum fieri, tum necessario infertur, in illo etiam illustrissimo & universalis anniversario sacrificio expiationem pro sacerdotibus, & pro populo fuisse peractam in atrio, coram toto populo in altari holocausti.

**XXXI.** Et hoc pacto per Symphoniam quandam conspirant omnes textus Lev. 4. usq; ad 22. de sanguine aliquo spargendo in sanctuario sed reliquo effundendo ad basin altaris, ubi ligna semper ardebant. Levitici 16. de expiatione facta post egressum ex sanctuario Levitici 17, 11. de sanguine

dato super altare & expiante super altari animas hominum, denique Apostoli ad Hebræos 9, 11. quod sanguinem non sparserit sed obtulerit pro se & ignorantibus.

*Socinus inscius confirmat explicationem precedentem loci illius ad Heb. 9. Pontifex ingreditur non sine sanguine quem offert.*

XLVII. Et adversarij ipsimet sua fluctuatione in hac materia semetipsos conficiunt. Vide enim Socinum lib. 2. de Servatore cap. 12. ubi ille ostendit expiationem PERFECTAM tum esse, quando post sanguinem intra sanctuarij domum illatum demum offertur hircus & crematur adeps.

XLIIIX. Postquam igitur hæc iterum fuerunt elucidata, & evictum quod non intra sanctum sanctorum nec intra sanctum, sed POST EGRESSUM fuerit combustus reliquus sanguis, & quidem juxta Dei ordinem SUPER ALTARI (super quo adeps istarum victimarum jubetur comburi Levitici 16, 25. Sicut & reliquas sanguis & adeps super eodem altari comburi jubentur in sacrificijs pro peccato sacerdotum & totius cœtus Levitici 4. usque ad 22. versum) TUM jam necesse est interire argumentationem Smalcij hanc, SACRIFICIA VETERIS TESTAMENTI non nisi in SANCTUARIO PERFICIEBANTUR. Et eò magis hæc propositio claudicat, quod tantum aliquorum sacrificiorum pro peccato (ut reliquas species holocaustales & pacificas penitus taceamus) sanguis infertur intra sanctuarium Levitici 4. per totum Hebr. 13, 11.

XLIX. Stat ergo firmum, quod præcipuū membrū sacrificij sit *Pati*, & sicut sacrificium penitus sui omnimodam destructionem in altari, ita mortem Christus in cruce ipsam sustinuit. Interim lubenter etiam damus, Christum in cœlo nostri curam gerere, id quod Scriptura sub *τὸ* interpellare pro nobis complectitur & pertinere hoc ipsum ad sacerdotium Christi, adversario haud illubenter concedimus. Nequè ergò *maçtatio* fuit saltem præparatio ad sacrificium, sed fuit pars illorum, quæ pecus pro homine sustinere debuit: nequè etiam *mors* Christi tantum, maçtationi, sed simul ipsimet combustioni pecoris debet comparari.

*An mors Christi fuerit præparatio ad sacrificium ejus in cœlo faciendum.*

Et

L. Et quod Socinus parte 2. cap. 15. existimat, Christum non appellari Sacerdotem aut Pontificem ante ingressum in cœlum, illud falsum apparet ex Hebr. 7, 26. 27. ubi dicitur, *Talis decebat ut nobis esset Pontifex, innocens, sublimior cœlis factus, cui non sit Christus voca- necesse quotidie offerre, nam id fecit semel, quum semetipsum obtulit.* Christus Sacerdos stus quando seipsum obtulit, semel obtulit, sed hoc non nisi ante resurr. & de cruce potest intelligi, quam semel sustinuit. Neq; enim si ascens. jam in cœlo est sacerdos expians, semel sed quotidie sese offerret. Si ergo talis nobis decebat esse Pontifex impollutus & qui semel semet ipsum obtulit, tum Christus fuit sacerdos etiam ante suam ascensionem in cœlum.

LI. Immò etsi vocabulum non haberemus, tamen ex re ipsa facilis erit responsio ad illam, quam Socinus de Servatore parte secunda cap. 15. dat instantiam: *Vbi verus sacerdos nondum est, ibi nec vera oblatio esse potest. At ante ingressum in cœlum Christus non dicitur Sacerdos, Ergo ante ingressum Christi in cœlum nulla facta est oblatio.* Nam invertimus nos; *Vbicunq; est oblatio, ibi necesse est esse sacerdotium & sacrificium, At in cruce facta est oblatio, quod hæcenus sæpius fuit evictum, Ergo in cruce Christus fuit sacerdos & ipse quoq; sacrificium.*

LII. Idem Socinus in eodem loco oblationem Christi vo- *An ingressus* cat ipsum ingressum Christi in cœlum, idquè conatur palliare *summi sacer-* istis verbis Hebr. 9, 25. *Neq; ut sæpè offerat seipsum, quemadmodum dotis in sancta Pontifex IN TR A T in sancta per singulos annos in sanguine alieno. E- conferendus* legantissimè (*inquit Socinus*) opponit Christi quam sui ipsius *fit cum oblati-* cit semel OBLATIONEM INGRESSUI PONTIFI- *one Christi,* CIS quotannis in sancta cum sanguine alieno. 1. OFFER- RE enim INGRESSUI in Sancta respondet 2. Verba *neq;* SOEPE verbis PER SINGULOS ANNOS, 3. *Semet ipsum ALIENO SANGUINI* cum decente quadam anti- thesi opposita esse apparet. *Hæc ille.*

LIII. Verum frustra, quia oblatio facta die ingressus summi sacerdotis in sanctum sanctorum, tanquam una præcipua oblatio pro peccatis, & tanquam una solennissima sacrificatio pro peccatis, præ reliquis plurimis toto anno fieri consuetis oblationibus pro peccatis, confertur cum oblatione Christi.

& cum esset re ipsa sacrificatio pro peccatis solennissima, tamen non hoc, sed alio nomine intitulatur, videlicet ingressus in sancta, quia hoc pacto à reliquis omnibus facilimè distinguebatur. In reliquis enim toto anno fieri solitis sacrificijs pro peccatis sacerdotum vel TOTIUS etiam COMMUNIONIS cujuscunq; tamen Sacerdos in sancta sanctorum non ingrediebatur. Lege totum cap. 4. Lev. Ideo autem ingressus cum oblatione non potest comparari, quia ingressus summi sacerdotis præcedebat, plena oblatio sequebatur, at in Christo plena oblatio præcedit, ingressus sequitur. Omnimoda igitur collatio tantum in hoc loco est illa, quam ipse etiam Socinus agnoscit, sacerdotem singulis annis, Christum verò semel offerre.

*Instantia Soci-  
ni 1. de sacrifi-  
cio quod Chri-  
stus in cælo  
peragat.*

LIV. Urget ulterius Socinus verba mox sequentia, *Alioquin oportebat eum sæpè pati ab origine (seu potius à constitutione) mundi:* Non enim verisimile est, ipsum eo modo (*inquit*) locuturum fuisse, & INEPTÈ eadem verba, *id est*, idem significantia repetiturum, sed omninò ita scripturum, *Alioquin oportuisset ut jam ab ipsa constitutione mundi id facere instituisset.* Sed si offerre seipsum, IN CÆLO DEO SE PRÆSENTARE præcipuè significat, elegantissimè & efficacissimè concludit Apostolus, Non opus esse, ut Christus sæpius seipsum offerat alioquin oportuisse, ut sæpius etiam passus fuisset. Nec enim Deo se præsentavit, aut præsentare potuit Christus in cælo, nisi per mortem & proprii sanguinis effusionem. *Hactenus illius verba.*

*Responsio ad  
1. instant.*

L.V. Sed hinc nos nihil quicquam remittimus de eo, quod passio Christi à sacris literis nobis describatur ut oblatio & secundum hanc definitionem oblationis (non INEPTÈ concludit Apostolus, sed aptissimè,) quod necesse fuerit ut Christus potior esset victima, quam fuerunt victimæ quæ erant exemplaria, sicut etiam non necesse fuerit, ut sæpè semetipsum offerret. sicut Pontifex sæpè ingressus est in sanctum sanctorum, alioquin oportuisset Christum sæpè pati ab origine mundi, sed quod suffecerit ut nunc semel ad abolendum peccatum per immolationem sui ipsius fuerit patefactus.

*Explicantur  
penitius verba  
Apostoli Hebr.  
9. Alioquin o-  
portebat Chri-  
stum sæpius pa-  
ti ab origine  
mundi.*

LVI. Hanc esse mentem Apostoli ad oculum patebit ei, qui attentissimè leget contextum, qui est à versu undecimo capituli secundi usq; ad versum decimum nonum capituli decimi ad Hebræos, in quibus  
evi-



evidentissima monstratur differentia inter sacrificium Aaronicum, quod in victimis terrenis perpetuo offerendis erat occupatum, & inter sacrificium Christi, quod in proprio ejus sanguine semel fundendo & in morte ejus una consistebat. Christo, (inquit cap. 7. 27.) non necesse quotidie, quemadmodum illis Pontificibus prius pro peccatis proprijs offerre, deinde pro peccatis populi (videlicet mactationes & victimas:) Nam id, (quod oblationem mactationis & victimæ) fecit semel cum semetipsum obtulit. Cap. 8. 3. Omnis Pontifex ad offerenda dona & mactationes constituitur, unde hunc quoque necesse fuit habere quod offerret & 7. Si prius fœdus tale fuisset, ut in eo nihil posset requiri, haud quaquã fuisset secundo quaesitus locus. Cap. 9. 11. Accedens Christus per majus & perfectius tabernaculum, 12. neque per sanguinem nisi proprium ingressus est semel in sacrarium, æternam redemptionem nactus. 15. Ob id novi fœderis mediator est, ut morte intercedente ad redemptionem earum prævaricationum, quæ fuerant sub priore testamento vocati accipiant promissionem æternæ hereditatis. 22. Omnia ferè secundum legem sanguine purificantur, & absque sanguinis effusione non fit remissio 23. Necesse igitur fuit cœlestia purificari prioribus victimis seu mactationibus. 24. Non igitur (ACCEDENS CHRISTUS id quod *ἄνω νόω* repetendum ex v. 11. quilibet fatebitur) ingressus est Christus in manufactum sacrarium, sed in ipsum cœlum, Neque (iterum *ἄνω νόω* ex v. 11. repetendum est, Accedens ingressus est per sanguinem hircorum & taurorum videlicet sæpius effundendum ut constat etiam ex v. 7. cap. ejusdem) ut sæpius offerat seipsum, sicut Pontifex ingreditur in sanctuarium quotannis cum sanguine alieno (sed per proprium sanguinem ingressus est semel æternam redemptionem nactus) Alioquin oportuisset eum (ad fundendum proprium sanguinem) sæpè passum fuisse à condito mundo (sicut à condito mundo inde post lapsum cœperunt quotidie & quotannis repeti effusiones sanguinis hircorum & vitulorum) SED nunc semel in consummatione seculorum ad abolendum peccatum (Non per immolationem hircorum & vitulorum sed) per *ἑωρα* mactationem immolationem sui ipsius est patefactus, & sicut illud manet homines, ut semel moriantur, postea verò iudicium, ita & Christus semele est oblatus ut multorum peccata tolleret, altera vice absque peccato conspicietur ijs qui se ipsum expectant ad salutem. (Ergo quando oblatus est seu passus est, absque peccato dici non potuit, utpote ferens nostra peccata, & si nunc in cœlo offertur, tunc nunc in cœlo cum peccatis nostris

CON.

conspicitur, portans peccata nostra) Cap. 10, versu 11. 12. *Omnis sacerdos astat quotidie eisdem saepius offerens hostias (occisiones, mactationes.)* Hic una pro peccatis victima (mactatione, occisione) oblata in perpetuum sedet ad dexteram Dei.

*Christus dicitur ἱουδα, id est, mactatio.*

LIX. Haecenus paraphrasis brevissima in qua quam optimè notandum est vocabulum Syriacum & Græcum, quod significat **MACTATAM VICTIMAM**, Heb. 7, 27. *Christus semel obtulit (mactatam) victimam, Christus debuit etiam offerre dona, & (quod ad se ipsum propriè accommodatur præ dono) (mactatam) victimam, Necessè fuit cœlestia purificari melioribus mactatis (mactatis) victimis, Nunc semel patefactus est Christus per mactationem sui ipsius. Cum hac vocula res ipsæ quam optimè conspirant, Christus semetipsum obtulit, per proprium sanguinem ingressus est, multò magis sanguis purgabit conscientiam nostram, morte ejus intercedente consequuntur vocati æternam hereditatem, sanctificati sumus per oblationem corporis Christi, quæ omnia habet Apostolus ad Hebræos. Huc jam reliqua in alijs scriptis divinis συµφωv̄σσι Rom. 5, 10. Reconciliati sumus Deo per MORTEM Filij ejus Matth. 20, 28. ut poneret animam suam λυτρωv̄ pro multis, Et, sanguis Christi effunditur pro multis in remissionem peccatorum, dicit Christus ipse in verbis Cœnæ ante ipsam suam mortem.*

LX. Quapropter unusquilibet censebit, num OFFERRE possit significare idem quod *presentare sese Patri in cœlo, & an sensus verborum Apostoli ad Hebræos esse queat ille, non opus esse, ut Christus saepius seipsum offerat (Patri presentet) alioquin oportuisset ut saepius passus esset, cum τὸ OFFERRE sit ipsum pati, & in collatione sacrificiorum legalium & Christi, quod probè notandum) persistat Apostolus, ideoq; sic inferat, non opus esse, ut Christus perfectissimus saepè offerat, sicut offerunt saepius imperfecti sacerdotes, imperfectas mactationes; alioquin enim oportuisset eum quoq; saepius mactari à constitutione mundi, at nunc in fine semel patefactus est ad abolendum peccatum per mactationem sui ipsius.*

*Instantia Soci-  
ni de sacrificio  
quod Christus  
in cœlo peragat.*

LXI. *Socinus illud PATEFIERI vel APPARERE u-  
obtainat, Christum in cœlo nunc presentare & offerre sese,* atq;

atque ita apparere Patri. Vult hoc obrinere ex adjectis verbis, per immolationem sui ipsius. Sicut enim vetus Sacerdos per immolatam victimam apparebat in sanctuario coram Deo ita quoque, dicit, nulla alia Christi apparitio ab ipsius immolatione consecuta est, quam ejusdem in cælo sui ipsius coram Deo præsentatio. *Sed responde-*  
*tur 1. Quando sacerdos ingreditur sancta, ibi nondum est absolu-* *Responsio ad*  
*ta immolatio, Hinc igitur ad Christum nulla potest fieri applica-* *instant. 2.*  
*rio. Deinde ex eodem vocabulo, quod usurpatur de temporibus*  
*hujus seculi, ut nunc semel in consummatione seculorum (NB. in fine se-*  
*culorum) ad abolendum peccatum per maculationem sui ipsius est patefactus Christus ap-*  
*paret, Item semel est oblatus, ut multorum peccata tolleret, altera paruit per*  
*vice absque peccato & ita absque maculatione conspicietur.) Non potest non maculatione*  
*intelligi hoc nisi de immolatione, quæ in hac vita & in hoc mun-* *sui ipsius.*  
*do facta est, ubi ut peccator Christus apparuit, in cruce, id quod in*  
*cælo fieri nequit. Sic etiam 1. Petr. 1. 19. 20. Christus dicitur agnus im-*  
*maculatus, præordinatus ante jacta fundamenta mundi, patefactus vero ul-*  
*timis temporibus propter nos, 1. Joh. 2. Vita patefacta est, & vidimus & testa-*  
*mur, & si in luce ambulemus, sanguis Iesu Christi Filij ejus emundat nos à pec-*  
*catis. 1. Joh. 4. 9. 10. per hoc apparuit charitas Dei, quoniam Filium suum*  
*misit in mundum, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior*  
*dilexit nos, & misit Filium suum propitiatione pro peccatis nostris. Quid his*  
*omnibus claris, quam quod dicitur agnus patefactus ultimis*  
*temporibus, sicut Hebr. 1. 2. Deus scribitur locutus esse nobiscum,*  
*ultimis diebus hisce, quod patefactam vitam viderunt Apostoli,*  
*Summatim, quod Hebr. 2. 14. dicitur, ut per mortem aboleret eum,*  
*qui mortis habebat imperium.*

LX. Pergit instare Socinus in loco allegato, & ita inquit: Paulo Instantia 3.  
ante (Hebr. 8. 3.) Apostolus dixit, Christum IN COELO ministrum sanctuarii. Socini de sa-  
crarij veri fuisse factum, & ob eam rem necesse esse, ut sicut omnes Pontifices a-  
critificio, quod  
liquid habent, quod offerant, ita & ipse aliquid offerendum habeat, nempe ibi-  
Christus in  
dem in cælo. Statim enim adjungitur, si esset in terra, ne sacerdotem quidem cælo pera-  
futurum. Hæc ille. Nos verò in Epistola ad Hebræos nusquam vi-  
gat.  
dere possumus, Christum non nisi in cælo ministrum sanctuarii *Responsio ad*  
veri dici. Sanctuarium quod fixit Dominus & non homo, Hebr. 8. 2. nihil 3. *instantia.*  
aliud, nisi tota ecclesia quæ colligitur per Novum Testamentum.  
Hinc enim (versu 2.) dicitur sanctuarij minister ac veri illius ta-  
ber-

*Instantia Socini  
4. pro sacerdotio Christi  
in caelis.*

*Responsio ad  
4. instantiam.*

bernaeuli, quod fixit Dominus & non homo, is dicitur (in eodem capite versu 6.) praestantius esse sortitus ministerium, quo praestantioris est foederis intercessor, quod in praestantioribus promissis est sancitum.

LXI. Vix dignum est, ut respondeatur ad aliud, quod ibidem Socinus alia ratione urget, & inquit: Illud Hebr. 9. 14. quod per sanguinem proprium Christus semel ingressus sit in sacrarium, aeternam redemptionem nactus, esse assertionem. Sed illud quod sequitur versu 14. qui obtulit semetipsum Deo, esse prioris istius assertionis rationem: Et hunc habere sensum, qui seipsum per sanguinem suum in caelis Deo praesentavit. Verum enim vero profus sunt aequipollentia illa duo. 1. Christus per proprium sanguinem semel ingressus est in sacrarium, aeternam redemptionem (seu expiationem, seu satisfactionem) nactus. Et 2. quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum aeternum seipsum obtulit Deo, purgabit conscientiam vestram.

LXII. Quid igitur inquires, an nihil differet hoc secundum ab isto primo, respondemus, ita differt, ut prius versu 12 per posterius versu 14. illustretur, tanquam majus a minori, tum versu 12. tum versu 13. Si enim vim aliquam habuit umbra, exemplar, sanguis hircorum & taurorum, (cui cinerem rubrae vaccae certo consilio annectitur) quanto magis sanguis is, quem Christus ipse suum obtulit Deo, Christus, inquam, non nudus homo, ut taurus aut hircus, aut vacca ruffa sunt nuda creaturae, sed per Spiritum aeternum seu divinum, & cum Spiritu aeterno, seu Spiritu Sancto unctus. Non opponitur ergo Spiritus secundum Socinum literae vel legi, sed infirmitati egenorum elementorum, sanguini pecorum.

LXIII. Observet lector hanc instantiam diligenter, & videat ex hoc etiam ungue leonem disputatorium Socini, an non saepe is ex talibus, quae sibi videntur, & suae opinioni allubescunt, faciat diversa cum revera sunt eadem, & an non faciat, ut interim omnes Spiritum ejus debeant mirari. Sicuti pro invicto liber ejus de Servatore haberi voluit. Et an non tum saepe numero intricet, hoc jam indicato disputandi modulo, eadem & eadem pro distinctis ponendo, ut lector cogitare necessum habeat suo ingenio altiores res propositas tractari, ideoque ea examinare decreteret.

erectet, & cuiquam assensum vel dissensum præbere debeat in me-  
dio relinquat.

LXIV. Audiamus aliud Argumentum Socini, quo probat Christum in cœlis expiare peccata. Sumit illud ex] Hebr. 2.v.17. & quidē verbis illis: *Vnde debuit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret, (sive esset) & fidelis Pontifex in iis quæ apud Deum, ad expiandum peccata populi: Nam ex quo ipsi contigit tentatum esse, potest & iis qui tentantur auxiliari.* Ex his (inquit Socinus) verbis planum fit, Christum, POSTQUAM PASSUS est, expiare peccata nostra. Verum enim verò contextus dabit explicationem, IESVM illum ternimus gloria & honore coronatum, qui paulisper fuit inferior Angelis factus, propter mortis perpeffionem, ut beneficio DEI pro omnibus mortem gustaret. 10. Decebat enim ut ipse multos filios in gloriam adducendo, Principem salutis ipsorum per afflictiones consecraret. Debuit igitur per omnia fratribus assimilari, ut misericors & fidelis esset Pontifex, in hīs quæ apud DEVM ad expiandum peccata populi, Nam ex eo, quod perpeffus est, cum TENTARETUR, potest iis, qui tentantur succurrere. Item Hebr. 4. vers. 15. Non habemus Pontificem, qui non possit effici sensu infirmatum nostrarum, sed tentatus in omnibus (infirmatibus) similiter, excepto peccato. Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ, ut consequamur misericordiam & gratiam, inveniamus ad opportunum auxilium.

Obiectio 2. Socini pro sacrificio, quod Christus in cœlo nunc peragat.

Responsio ad 2. obiect.

LXV. Attendantur autem ante omnia, verba παθήματα, ἀδύναται, & ἰλασμοί. Sunt enim varia παθήματα non tantum παθήματα θανάτου, Rom. 8. 18. sunt παθήματα τῆς ἡμετέρας αἰῶνος, passiones huius temporis, quæ dicit non esse conferenda ad futuram gloriam & talia sunt ibidem versu 35. tribulatio, angustia, fames, nuditas, periculum, persecutio, gladius.

Tentationes

LXVI. Quod ἀδύναται atinet, recitat exempla Apostolus, 2. Cor. 11. & 12. quæ sunt labores plurimi, carceres, plagæ, mortes (hoc est mortiferæ calamitates, id est, maximi morbi) itinera, pericula fluminum, latronum, gentium, civitatis, solitudinum, maris, falsorum fratrum, vigiliarum multarum, famis & sitis, jejuniorum multorum, frigoris & nuditatis, item contumeliæ persecutiones. Vide etiam 2. Cor. 1. 6. 7.

Infirmitates quibus obnoxij Apostoli.

LXVII. In talibus utrisq; esse tentatum Christum, & Apostolū in iisdem quoq; exercitū vehementer, colligitur ex eisdem Apo-

Soli illo Coloss. 1. 24. ubi gaudet de ijs quæ patitur pro Colossensibus (& addit) *adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea, idem habetur aliis verbis Phil. 3. 10. Ut agnoscamus eum, & virtutem resurrectionis ejus, & societatem passionis illius, configurati morti ejus.*

*ἀποκομῆς* LXIX. Ad τὸ ἰλάσσειται quod attinet, Luc. 18. 13. Publicanus eo utitur, quando petit, ut Deus ipsi remittat furta & rapinas & injusticias, quibus hæctenus in illo officio sese commaculaverat, nec eum poenis tum corporalibus tum æternis afficiat. Id quod nihil aliud est, nisi applicatio specialis eorum, quæ ex merito Christi olim adumbrato, hodiè præstito consequuntur.

LIX. Sensus igitur est, Christum & mortem (quæ fuit cum primis expiatoria) & alias varias ærumnas sustinuisse, ut posset fratribus suis similiter afflictis succurere.

LXX. Sic ergò calamitatibus ob peccata specialia, & sibi soli quam optimè nota pressus Christianus debet orare Christum tentatum in talibus calamitatibus (absque tamen peccato) pro liberatione. Christus quia tentatus est in talibus, ut posset similiter tentatis succurrere libentius, preces illas exaudiet, & propter passionem & meritum suum isti relaxatio continget, & auxilium in tempore opportuno.

*Instantia  
Socini. 1.*

LXXI. Instat Socinus probaturus Christum ante resurrectionem non fuisse sacerdotem, & illud ex verbis jam allegatis aliter vult obtinere, his videlicet, *unde debuit Hebr. 2. 17. per omnia fratribus assimilari, ut misericors fieret & fidelis pontifex.* Neque enim (ait Socinus) credendum est, eum revera fuisse constitutum Pontificem, priusquam verè misericors & fidelis esse posset. Ad ducit pro eodem confirmando etiam illud Hebr. 5. 5. *Sic & Christus non semetipsum clarificavit, ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, Filius meus es tu, ego hodie genui te: & sic concludit.* Quo tempore fuit dictum Christo, *Filius meus es tu, ego hodie genui te,* eo tempore Christus factus est Sacerdos. Sed Christo non dictum est, *Filius meus es tu, ego hodie genui te,* ante resurrectionem. teste Apostolo Act. 13. 33. Ergò ante resurrectionem Christus Sacerdos vel Pontifex non fuit.

*Instantia 2.  
Socini.*

LXXII. Deinde quod etiam Christus ante consensionem in cœlum non fuerit Sacerdos, itidem probare nititur *tali modo.* Si te-  
ste scri-

ste scriptura Christus non debuit fieri Pontifex, nisi conscenso  
caelo intra caelum, tum nec ante ascensionem & multo minus  
ante mortem in passione Sacerdos fuit, & per consequens, non ni-  
si in caelo facit expiationem peccatorum, sed prius expressè con-  
tinetur, Hebr. 7. 26. *Talis decebat ut esset nobis Pontifex sanctus, innocens,  
impollutus, segregatus à peccatoribus & SUBLIMIOR COELIS*  
FACTUS. Item Hebr. 8. 4. *Si esset super terram, non esset Sacerdos.*

LXXIII. Tertio addit: Si legalis Pontifex (qui verè & perfe-  
ctè Sacerdos jam erat) non tamen ante expiasset peccata populi di-  
ci poterat, quam in sanctuarium ingressus esset, tum etiam Chri-  
stus, (qui tamen ante ingressum in caelum sacerdos nondum fuit)  
hic in terris offerre & nostrorum peccatorum expiationem face-  
re non potuit. Sed prius, Ergò & posterius.

LXXIV. Respondemus ad Syllogismum primum, quod ex nul-  
la scriptura possit probari, DICTUM FUISSE CHRISTO, non nisi post resurrectionem, Filius meus es tu, ego hodie genui  
te. Nam Act. 13. 33. tantum hoc dicitur, *scriptum etiam esse in Psal-*  
*mo secundo, Filius meus es tu, ego hodie genui te, & hoc accom-*  
*modatur ad resurrectionem Christi. Scriptum ETIAM est in Psal-*  
*mo secundo, dicit Apostolus, & per vocabulum ETIAM respicit ad*  
*versum præcedentem 29. ubi sic inquit Apostolus, cum perfecissent*  
*omnia, quæ de eo SCRIPTA erant &c. Jam igitur addit, scriptum est etiã*  
*in Psalmo secundo.*

LXXV. Quod igitur in Psalmo secundo scriptum est, Filius  
meus es tu, ego hodie genui te, illud Act. 13. 33. ab Apostolo accom-  
modatur ad resurrectionem Christi eo sensu, quem exprimit idem  
Apostolus Rom. 1. 3. 4. de filio factò ex semine Davidis quoad car-  
nem, declarato Filio Dei potenter ad Spiritum sanctificationis per  
resurrectionem è mortuis. Similiter Hebr. 5. 5. nihil aliud habetur,  
quam quod Christus sit factus Pontifex ab eo, per quem dictum fuerat  
ei, Filius meus es tu, ego hodie genui te, & per quem dictum alibi fuerit  
ei, Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec.  
Sicut & ALIBI dicit, nimirum DEVS in Scriptura. Ergò & illud. Is  
qui DIXERAT ei, ad scripturam Psalmi secundi est referendum. Et  
ita tantummodo allegatur verbum Patris dictum ad Filium, pro-  
mutrumque verbum extat, scilicet illud Psalmo secundo, hoc

*Instantia 3.  
Socini.*

*Responsio ad  
instantiam  
Socini 1.*



ALIBI videlicet Psalmo 110. Tempus autem, quo ista verba  
sunt dicta, Filio Dei à Patre prorsus nullum exprimitur, tempus  
nimirum quod tam postremo anno vitæ Christi tum ultra a-  
scensionem ejus computatum esset. Etsi etiam hoc dictum  
repetitur, Hebr. 1. 7. tamen nec ibi ad certum tempus astringi-

*Christus di-* tur, quatenus dictum, Cur autem omittit adversarius solen-  
*atur Filius* nem inaugurationem in Jordane, ubi vox de cælo sonat, Matth.  
*Dei ante re-* 3. 17. Hic est Filius meus dilectus, sicut etiam in Thabor, Matth.  
*surrectionis.* 16. v. 5. Petrus nos jubet respicere, 2. Petr. 1. 17. 18. Idem: Rom. 8. 3.  
DEUS Filium misit, & de peccato damnavit peccatum in carne, Galat. 4.  
v. 4. Vbi venit plenitudo temporis, DEUS misit Filium suum, Hebr.  
1. v. 2. Novissimè DEUS locutus est nobis per Filium.

LXXVI. Ad secundum Syllogismum quod attinet, attendend-  
um, quod nequaquam possit Apostolus ad Hebræos sacerdoti  
*Responsio ad* Christo attribuere mansionem in cælo, ita ut sacerdos non,  
*2. instanti.* esset, nisi intra cælum esset. Nam de ascensione cæli ipse  
*am Secini.* prorsus ita loquitur, ut tali ascensioni & tali mansioni verba  
non competant, multo minus sensus quadret Hebr. 12. 25. Chri-  
stus loquitur de cælis Hebr. 9. 24. Christus ingressus est in cæ-  
lum, ut appareat nunc in conspectu Dei pro nobis, Hebr. 8. 1.  
consedit in dextera throni magnitudinis in cælis. Hebr. 4.  
v. 14. penetravit cælos, Hebr. 7. v. 26. Excelsior seu sublimior est  
factus cælis. Hæ phrasæ omnes nequaquam locale aliquid  
aut mansionem quandam in locali quodam denotant, sed sunt  
descriptiones regni spiritualis & cælestis, in quo gubernat is,  
qui sedet ad dextram Patris in cælestibus, æqualem potentiam  
habens, secundum id secundum quod collocatus est ad illam  
dextram cum ipso DEO, cujus illa est, dextra, seu omnis pote-  
stas in cælo & in terra.

LXXVII. Etsi autem localem ascensionem Christi in cælos  
non negamus, tamen interim non possumus prætermittere, il-  
lud, quod nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit  
Filius hominis, qui est in cælo. Est enim Filius DEI ab ini-  
tio suæ nativitatis secundum carnem suam in cælo, quia habet  
potestatem remittendi peccata, Matth. 9. v. 6. & est rex statim in pueritia,  
Matth. 2. Johan. 18. 37. Est via, veritas & vita, Johan. 14. v. 6. Omnia  
tradita habet à Patre, Matth. 11. vers. 27. Johan. 3. vers. 35. & 5. 17. Etsi  
verò



verò fuit in forma DEI, tamen se exinavit, factus obediens usque  
ad mortem crucis. Quapropter DEVS. exaltavit eum, ac dedit nomen su-  
per omne nomen., Philip 2. vers. 6. 7. 8. 9. 10. Huc respicit ipse, quan-  
do dicit, Si videtis Filium hominis ascendentem, ubi erat prius, Johan. 6.  
vers. 62.

LXXIIX. Et quia Hebr. 1. v. 3. dicitur, quod purgatione peccato-  
rum facta, sederit in dextra maiestatis illius excelsissimæ, inde fir-  
miter concludimus, quod ad Hebræos oblationem expiatio-  
nemque Christi, (quæ est purgatio peccatorum summa) decla-  
ret factam, per mortem Christi, quia statim post resurrectio-  
nem plenè collocatus est ad dextram æterni Patris. Et si Chri-  
stus adhuc esset in terra è genere mortalium censeretur esse, nec  
quicquam statueretur habere regni celestis.

*Christus col-  
locatur ad  
dextram  
Dei purga-  
tione facta.*

LXXIX. Ad tertium Syllogismum quod attinet, oblatio u-  
nica oblationi opponitur, non verò ingressus cum ingressu, &  
ita ut oblatio multiplex non perficiatur, vel inchoetur in sacra-  
rio, siquidè mactatio & preparatio, sparsio sanguinis intra ve-  
lum quandoque usurpata exaggeratio peccatorum expiando-  
rum, ipsa verò oblatio fit postea forinsecus in altari. Inverso  
prorsus ordine hæc fiunt in Christo, ubi omnis oblatio absol-  
vitur in cruce, & in cælo per Christum perpetua meriti sui pro-  
curatur applicatio. Tam ea firma sunt, ut cogatur Socinus sapi-  
us in primis cap. 23. parte 2. de Servatore ipsemet fateri. Ver-  
ba hæc sunt: caput quodammodo his in terris Christi sacerdoti-  
um sicut & oblatio caput: sed utrunq; in cælis absolutum fuit.  
Hæc ille.

*Responsio ad  
3. Instans. Socini.*

*An Christus æquè pro se atque pro nobis  
obtulerit.*

XXC. Adhuc unum est in Socino, quod huc spectat ex parte  
2. cap. 22. quod Christus æquè pro sese atque pro hominibus ob-  
tulerit. Vbi tamen ante omnia ad declinandam suspicionem  
blasphemix docet, offerre pro sese in hac materia esse idem, quod  
offerre pro infirmitate carnis, hoc est, pro mortalitate atque pro pa-  
tibilitate 1. qua non minus præditus Christus, quam nos dum in  
terris ageret, & 2. à qua, ut liberaretur non minus, quam nobis  
oppg fuerit, 3. Et à qua nisi liberat9 fuisset ipse, nec nos unquã liberati fuisse-  
mus. Er.

*Quid velint  
dici ad O F-  
FERRE pro  
sese Christi.*

Ergo secundum Socinum offerre pro sese in hac materia non est offerre pro iniquitatibus seu transgressionibus voluntatis divinæ, quales nullas unquam habuit Christus.

*Obiectio 1.  
Socini, quod  
Christus obtulerit etiã  
pro sese.*

XXCI. His ita expeditis rem ipsam probare contendit ipse his sequentibus argumentis: Hebr. 5. 1. 2. & sequent. *Omnis Pontifex constituitur, qui possit condolere iis, qui ignorant & qui errant, quoniam & ipse circumdatus sit infirmitate & propterea debeat, quemadmodum pro populo, ita & pro semetipso offerre pro peccatis, Nec quisque sibi sumit honorem, sed qui à Deo vocatur sicut & Aaron, Et Christus non semetipsum clarificavit, ut Pontifex fieret, qui in diebus carnis sue preces supplicationesque ad eum, qui posset ipsum salvum facere à morte, cum clamore valido & lacrymis offerens ex auditus est, & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis.*

XXCII. Explicationem horum verborum extendit in duo, 1. quod legalis Pontifex fuerit infirmitate circumdatus, hoc est ignorantia & errore, de quibus contineatur expressa simul mentio in hoc loco, æquè atque populus, & pro utroque obtulerit, 2. quod à Deo ad offerendum constitutus fuerit. Hæc duo dicit etiam in Christo fuisse.

*Confirmatio  
objectionis  
Sociniane  
precedentis.*

XXCIII. De secundo non est quæstio. Audiamus igitur quomodo primum sit Socinus applicaturus & declaraturus. Dicit igitur ex precibus & supplicationibus Patri à Christo oblatis patere, quod Christus non minus pro se obtulerit, tum ut ipse liberaretur, tum ut cæteri liberarentur à Morte.

*Obiectio 2.  
Socini, quod  
Christus etiam obtulerit  
pro se.*

XXCIV. Hoc unum est: alterum ab adversario produciunt ex Hebr. 7. 27. qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum Pontifices prius pro suis peccatis hostias offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit semel se offerendo. 1. Quis (inquit) ita cæcus esse potest, qui ut antecedentia & consequentia apertè demonstrant, non videat in his verbis non aliam differentiam inter Pontifices illos, & Christum statui, nisi quod illi sæpè offerre necesse haberent, hic semel tantum obtulerit. Quid obsecro pronomen *Hoc* referre potest, nisi id, quod præcesserat. Præcesserat autem (prius pro suis peccatis hostias offerre, deinde pro populi.) Quare cum scriptum postea statim sit de Christo, (Hoc enim fecit) quis negare potest, de eo scriptum esse, Christum prius pro suis peccatis, deinde pro populi obtulisse. Hæc Socinus.

LXXXV. Adjicit hanc suam explicationem pulchrè *Instantia 1.*  
harere cum versu antecedente, *Talis decebat nobis Pontifex, sanctus, Socini.*  
*impollutus, segregatus à peccatoribus,* id est, (ut ipse declarat non vi-  
tæ puritate constans, de qua puritate hoc loco non agatur, ne-  
què supra de ea quicquam vel expressè vel tacitè dictum fue-  
rit, sed) expers infirmitatum omnium, quæ hominum peccan-  
tium propriæ sunt. Non enim jam perpeffionibus & morti sub-  
jacet, sed ut antea hic idem Apostolus dixerat, in æternum ma-  
net. Jam igitur ait rectissimè consequi, eum non habere neces-  
sitatem quotidie offerendi pro seipso, ut sacerdotes, siquidem  
seipsum semel offerendo ab ea infirmitate pro qua obtulit libe-  
ratus est.

LXXXVI. Docet item quod loco jam dicto *peccata* significant  
pœnas peccatorum, (aut veras aut ita visas,) ut in istis dictis,  
2, Cor. 5. *Deus fecit Christum peccatum,* id est, fecit eum perpeti, quæ  
peccatores perpeti debent & solent. Rom. 6, 10: *Christus mortu-* *Instantia 2.*  
*us est peccato.* 1. Pet. 4, 1. *Christo passo in carne & vos eadem cogitatione* *Socini.*  
*armamini, quia qui passus est in carne, desijt à peccatis,* id est, Christus  
exemptus est per mortem ex vitæ hujus calamitatibus & afflictio-  
nibus. Interim vocem peccati de legalibus sacerdotibus offe-  
rentibus pro suis peccatis & de hominibus morientibus pecca-  
to & desistentibus à peccato propriè accipiendam concedit.

LXXXVII. Ad objectionem, (*si Christus obtulit pro sua infir-*  
*mitate, tum necesse est, quod obtulerit in terris, in diebus infirmitatis, & non*  
*in cælo,* quod hactenustamen evinci debuit; *scd prius. Ergo & poste-*  
*rius*) respondet, oblationem Christi cœpisse in terris, cum qui-  
bus sint conjungendæ preces, sed completam esse non nisi post  
conscensum cœlum, & Christum etiam post *resurrectionem* ante  
ascensionem nondum tamen reipsa ab omni infirmitate libe-  
rationem & securitatem consecutum fuisse. Id quod non nisi  
tandem in oblatione perfecta & per oblationem perfectam ei  
contigerit.

LXXXIX. Tandem ergo concludit illud, cujus unius & *Quid sit & o-*  
solius causa hanc tantam de nova prorsus & à se excogitata o- *peretur obla-*  
pinione confusionem argumentorum introduxit, *Si Christus et-* *tio Christi in*  
*iam pro se offerens non satisfecit pro suis ullis peccatis, sed per suas preces im-* *cælis juxta So-*  
*pe-* *cinum.*

petrauit liberationem à morte, tunc etiam pro nobis offerens, nequaquam satisfecit alicui justitiæ divinæ, sed liberationis à morte aeterna longè antea nobis ex sola divina bonitate decreta effectum nobis peperit.

Responsio ad  
objectionem  
Socii quod  
Christus pro  
seipso obtulit.

LXXXIX. Respondemus ordine & duorum vocabulorum OBLATIONES & PECCATORUM genuina declaratione rem totam expeditam damus. 1. Aliud est offerre sacrificium expiatorium, aliud est offerre Deo preces. Preces quidem comparantur cum sacrificijs per tropum quendam, sicuti vituli labiorum dicuntur Osee 14, 3. sed & Eleemofynæ comparantur cum sacrificijs Philip 4, 18. *Preces ac supplicationes Christi tropicè possunt dici sicut nostræ preces, sacrificia vel oblationes, sive intra actum sacrificiorum expiatorium, sive extra actum sacrificiorum expiatorium mittantur vel adducantur ad Deum, sive à Christo fuerunt dictæ in cruce, sive dictæ fuerunt alio tempore.* Et huc pertinet oratio maximè seria Johan. 17. capite toto, Ergò distingue inter oblationem corporis Christi in cruce ab ipso Christo factam, & inter preces ante crucifixionem, & in ipsa cruce à Christo recitatas. *In precibus concedimus Christum pro se & pro hominibus rogasse, seu supplicationes obtulisse.* In oblatione corporis sui in cruce pro nobis facta negamus oblatum à Christo esse pro sese simul sicut pro nobis.

Sacrificia propter transgressiones oblata.

XC. Rationes negationis istius damus illas 1. Si Christus obtulit pro se & pro populo, tum sequitur ipsum æquè habuisse peccata seu transgressiones voluntatis divinæ, atquè homines habent. Sed hoc est contra Scripturam. Ergò nequè illud ita se habet. Nam quod propter transgressiones voluntatis divinæ sacrificialia pecora fuerint punita patet 1. ex formula qua utitur Moses de sacrificijs, nimirum quod expient, & quid expient, videlicet transgressiones divinas clarissimè exprimit Levitici 4, 35. Levitici 5, 13. *Expiabit sacerdos eum à peccato QUOD PECCAVIT in uno de istis & remittetur ei.* 2. Ex formula qua præscribitur sacrificium Levitici 4, 3. 23. 28. Levitici 5, 6. 7. & 6, 7. *qui offeret sacrificium pro peccato suo QUOD PECCAVIT,*

91. Quod

XCI. Quod PECCATUM etiam significet sacrifici *Peccatum si-*  
um pro peccatis offerendum seu pœnas luiturum *conceditur & significat etiam*  
tum circumstantiæ quam penitissime illud demonstrant. *sacrificium pro*  
Vide disputat. 15. thesi 83. & 84. Exempla ex Levitici 4. & 5. & peccato.  
9. & 10. & 12. & 14. *Falcitur manus super caput peccati, & macta-*  
*tur Peccatum, aspergitur de sanguine peccati, comeditur pecca-*  
*tum, &c. ubi peccatum pro sacrificio pro peccato usurpari om-*  
*nes fatebuntur propter circumstantias mactari, comedi. Quod*  
*etiam significet pœnam conceditur, sed & tum circumstantiæ*  
*illud penitissime determinant. Zachar. 14, 19. Hoc erit (pecca-*  
*tum) pœna peccati Ægypti & (peccatum) pœna peccati omnium alia* *Peccatum si-*  
*rum gentium, que non ascenderint, ad celebrandum festivitatem taber-* *gnificat etiam*  
*naclorum, nimirum ut præcedit versu 17. 18. qui non ascendent,* *pœnam pecca-*  
*non erit super eos imber ipse, erit plaga illa qua percutiet Je-*  
*hova gentes, quæ non ascenderint ad celebrandum festivita-*  
*tem tabernaculorum.*

XCII. Eadem ratio vocis est in Novo Testamento pro  
transgressionibus 1. Johan. 8, 34. *Omnis qui facit peccatum, servus*  
*est peccati, Roman. 6, 6. Ut ultra non serviamus peccato.* 2. pro trans-  
gressionibus & pro pœnis simul Roman. 8, 2. 3. *damnavit pecca-*  
*tum in carne.* 2. Corinthios 5, 21. *Eum qui non noverat pecca-*  
*tum, fecit peccatum.* Sic quoties de remittendis peccatis agitur,  
ibi & de tegendis transgressionibus & de relaxandis pœnis et-  
iam agi concedimus. At quod in novo testamento aliquod  
sumatur pro sola pœna exemplum nullum posse dari putamus,  
etsi interim non negamus sub peccato adamantino nexu po-  
steriora seu consequentia contineri, videlicet supplicia trans-  
gressionibus legis debita.

XCIII. Respondemus secundo ad alteram objectionem, *Responsio ad*  
quod in exemplo ad Hebræos non tantummodo comparetur *objectionem 2.*  
sacrificium anniversarium cum morte Christi; Nam & aliorum *Socini.*  
sacrificiorum mentio extat. Ex Levitici enim Cap. 4. & 5. con-  
stat, quod pro quotidianis peccatoribus quadruplicibus insti-  
tuta fuerint quadruplicia sacrificia videlicet pro sacerdoti-  
bus, pro cœtibus, pro principibus, pro privatis, Solebant

igitur quotidie offerri pro sacerdotibus, pro cœtibus, pro magnatibus, pro infimi ordinis hominibus. Anniversarium sacrificium solenne etiam erat species quædam composita ex sacrificijs pro peccatis sacerdotum & pro peccatis magnæ communionis. Hoc igitur sensu spectante quadruplicium personarum quotidiana sacrificia pro peccato Apostolus ad Hebræos dicit Cap. 7, 27. *Cui non sit quotidie necesse offerre, pro se & pro populo, & item cap. 10, 1. Lex umbram obtinens futurorum bonorum, his hostijs quas singulis annis eadem assidue offerunt 10, 11. Omnis sacerdos astat quotidie operans & eadem sæpius offerens hostias.* De secundo verò nimirum de anniversario loquitur Hebr. 9, 7. *In secundum semel quotannis solus Pontifex non sine sanguine, quem offert pro se & pro ignorantijs.* Item 25. *sicut Pontifex ingreditur in sacrarium quotannis cum sanguine alieno.* Et cap. 10, 1.

X C I V. Καθ' ἡμέραν in novo testamento nusquam significat, quot annis. Matth. 26, 55 quotidiè apud vos sedebam: Luc. 16, 19: epulabatur quotidie splendidè. Act 2, 47: Dominus augebat quotidie qui salvi fierent & 3, 2. claudum quotidie ponunt ad portam templi, ut petat Eleemosynam. Sed & καθ' ἑαυτῶν non significare possit optimè integrum annum ut Act. 11, 26. & 18, 11. ommissa particula κατὰ ut Jacobi 4, 13. & 5, 17. peritis græcæ linguæ æstimandum committitur.

X C V. Neq; verò moveat aliquem positus verborum Apostoli Hebr. 7, 27. sed conferat quilibet similes locutiones in eadem epistola de Christo, & res fiet eidem planior. Heb. 9, 14. Sanguis Christi purgabit conscientiam vestram. Et ver. 28. Christus semel oblatus, ut multorum peccata tolleret. Et Capit. 10, 12: Unica enim oblatione consecravit in perpetuum eos, qui sanctificantur. In his omnibus tantum de hominibus dicitur, quod pro ipsis obtulerit Christus, nihil vero de Christo, quod is pro seipso obtulerit: is enim est absq; peccato Hebr. 4, 15. Secundum horum igitur plurium oraculorum mentem declarari debet locus Hebr. 7, 27. *Qui non habet necessitatem quotidie, (quemadmodum Pontifices prius pro suis peccatis hostias offerre, deinde pro populi) Hoc enim facit semel offerendo.* Confertur enim perfectio Christi cum imperfectione legalium sacerdotum in hoc capite, quod

quod isti sæpius offerre necesse habuerint, hic vero tantum semel obtulerit. Interim ut ex parte sacerdotum legalium imperfectio aueretur, additur quod isti *pro se & pro populo* obtulerint.

XCVI. Non necesse semper esse, ut (Hoc) ad illud proximum (pro se & pro populo) referatur, sed quod possit & hoc loco debeat propter causas jam dictas referri ad remotius (offerre) annon Socinus & alij in responsionibus suis ad nostra testimonia de æterna Deitate Filij Dei sæpenumero exaggerant. Lector inveniet hanc ipsorummet adversariorum exceptionem in Catechismo Smalcij in responsione ad hoc testimonium, *scimus, Filium Dei venisse, & dedisse nobis sensum, ut agnoscamus illum verum Deum, & sumus in illo vero in Filio ejus Jesu Christo, Hic est verus Deus & vita æterna.* Fol. 63 71, in latino & 75. & 85. in Germ. Vide etiam Socinum cap. 25. parte 2. de Servatore.

XCVII. Respondemus etiam ad instantiam Socini ex Heb. 7, 26. quod hæc potius pro nobis faciat, & imperfectionem sacerdotis legalis sed perfectionem Christi simul innuat in hunc sensum, *Talis decebat nobis esse Pontifex ὅσιος, ἀκαταμίαν, cui non sit necesse quotidie PRO SE & populo offerre. Hoc enim (pro populo offerre) fecit semel, quum seipsum obtulit.* ὅσιος significat sanctum sine vitijs 1. Tim. 2, 8. Velim ut viri levant manus ὁσίως sine ira & disceptatione. Et Tit. 1, 8. ponitur inter summas virtutes Episcopi, justum, sanctum, temperantem esse. *Ἀκαταμίαν* quid sit apparet Rom. 16, 18. quorum corda sæpè seducuntur à ventris studiosis, per blandiloquentiam illorum, qui sunt auctores dissidiorum & scandalorum. Ibidem versu 17. *ἀμίαν* quid sit constat Joh. 18, 28. ubi Judæi nolunt introire in prætorium, ne polluantur, ita ut ne auderent edere pascha: Cætera per se sunt plana.

XCIIIX. Respondemus ad Rom. 6, 10. & 1. Pet. 4, 1. illudq; explicamus per 2. Cor. 5, 21. quia ostenditur allegorica utilitas mortis Christi, qui portavit nostra peccata, & ea in sepulcrum deportavit. Cum igitur & nos in ipso hac ratione simus mortui peccatis, (ipse est mortuus peccatis, seu moriendo peccata expiavit & abscondit intra sepulcrum) decet nos per novam vitam cum eo resurgere.

Responsio ad instantiam Socini.

Responsio ad instantiam Socini.



**XCIX.** Ergo. Quanti sint argumenta quibus huc usq; voluit obtinere in caelo oblationem Christi perfectam esse, singulorum committimus iudicio. Et sic manet nostrarum Ecclesiarum confessio, Christum in terris in cruce obtulisse seipsum pro nobis, & eius rei causa missum esse in mundum, ut esset sacerdos, rex & propheta, quæ omnia officia coepit exercere in officij sui temporibus, & quoad intercessionem & regimen, & meriti sui applicationem etiamnum hodiè suo fungitur officio usq; ad ultimum diem.

### Quomodo Socinus Christum velit vocatum Servatorem, Mediatorem, Redemptorem cum Responsionibus.

**C.** Quas Socinus parte 1. quæstiones proponit & dissolvit *Cur Christus sit Servator* no Servator noster merito dictus fuerit, & respondet ideo hoc *facter, secundum* **Socinum.** 1. quod primus annunciarit nobis Dei benignitatem, æternam & fidelitatem 2. quod ipse multis modis viam ad vitam æternam nobis confirmaverit & 3. quod ipse vitam æternam nobis pro potestate ea qua pollet sit daturus.

**CI.** Etsi verò Prophetæ & Apostoli videbuntur etiam appellari posse *servatores*, propterea quod Christum prædicarunt, tamen respondet fieri illud non posse, 1. quia Prophetæ salutem prædixerunt & obscurissimè, Christum, & quæ prædixerunt, ea non ad tum præsentis homines, nec ad ipsos Prophetas, sed ad futuros pertinuerunt. 1. Petr. 1, 10, 27. ita 1. Johan. 1, 18. immò vitæ æternæ viam prorsus non annunciarunt Prophetæ. 2. quia Apostoli (Etsi nos dicuntur servare Roman. 11, 14. 1. Cor. 9, 22. 1. Timoth. 4, 16. Jacob 5, 20. & ideo servatores dici possunt,) tamen non ita dicuntur in sacris, quod non primi sed à Christo electi & ut vicarij Christi suis hominibus & omnibus eorundem posteris viam salutis æternæ annunciarunt. Etsi verò Apostolus 1. Corinth. 2, 2. dicit se nihil nosse nisi Christum eumque crucifixum, tamen 1. Corinth. 15, 14, 17. totum vult comprehendere Christum **quatenus**



tenus cum primis resurrexit & vitam æternam nobis est da-  
turus.

CII. Confirmavit etiam Christus nobis viam æternæ sa-  
lutis, seu multis modis eam veram esse apertè probavit. 2.  
1. miraculis tum proprijs tum per Apostolos vi ab ipso acce *Christus confir-*  
pta 2. sanguinis effusione qui dictus est fœderis sanguis Mar- *marit nobis vi-*  
ci 14, 24. Hebr. 12, 24 & 13, 20. sicut antiquitus fœdera fuso *am salutis æ-*  
animantis sanguine sanciebantur. Fudit igitur sanguinem, *ternæ.*  
quando ipse nomine Dei fœdus nobiscum iniit & hoc sangui-  
ne movet Deū ut meminisse velit promissionū quas nobis ejus  
nomine fecit Christus 3. vitæ exemplo nobis præeundo, & nos  
ad eandem sanctitatem æmulandam movendo, & ita ad æter-  
nam vitam perducendo 4. à resurrectione & exaltatione, ut  
constet nos hanc viam ingressos per ipsum quoque in ultima  
die certò resuscitandos, unde 1. Petr. 1, 24. fides in Christum  
resuscitatum dicitur nobis imputari ad justitiam. Ita Chri-  
stus dicitur resurrexisse propter justificationem nostram Rom.  
4, 25. per resurrecti onem etiam declaratus est potenter Filius  
Dei Act. 13, 33 Romanor. 1. 4. Et qui credit Christum esse Fi-  
lium Dei, vincit mundum 1. Johan. 5, 5. & habet vitam æternam  
Ioh. 20, 31.

CIII. Respondemus, nos libenter agnoscere varia officia Domini *Responsio ad*  
nostri Iesu Christi, quod & Prophetam eum seu testem fide- *explicationes*  
lem & Euangelistam & Oratorem, & exemplar vitæ, quod *Socini de no-*  
imitari debeamus, quin etiam iudicem vivorum & mortuo- *mine servato*  
rum atque datorem æternorum præmiorum & suppliciorum *ris.*  
constituerit Deus: *negare* verò, quod non etiam constitue-  
rit eundem agnum Dei portantem & expiantem pecca-  
tatorius mundi. *Negamus* etiam ante Christum vitam æter-  
nam fuisse incognitam, *negamus* Prophetas Messiam suis  
hominibus non annunciasse profuturumquè demonstrasse,  
sed saltem obscurissimè prædixisse, *negamus*, Christi sanguinem  
comparari solùm cum sanguine pecorum in fœderibus  
iſtis, quia aliud datur adversario Argumentum vel testi-  
monium, ex Scripturis totius Veteris & Novi Testamen-  
ti. Illud vero Exod. 24. est singulare, & cum isto Marci 14. ex-  
tra-

traordinarium, & declaratum superius disput. 15, thesi 90. ut & aliquot antec. & conseqq. *Negamus* 1. Pet. 1, 21. fidem in resurrectionem Christi eo sensu nobis imputari ad justitiam, cum etiã ibi & fides, & spes jungatur, cum etiam verbum imputandi eo loci non habeatur. Quo autem sensu *resurrectionis* nobis inculcetur mysterium, nimirum ut constet, Christum passum, non mansisse in sepulcro, & per consequens, devicisse Satanam & absolvisse salutis nostræ negocium, superius fuit dictum. 1. Pet. 1, 10. comparatè non simpliciter Prophetæ annunciarunt venturam nobis gloriam, siquidem Prophetæ scrutati sunt articulum temporis, quando tanta res esset futura, non verò omnem istam gloriam non nisi nobis post exhibitum Messiam, prodesse debere docuerunt, idq; ex contextu non obscure elicitur.

2.  
Quomodo  
Socinus Christi-  
stum explicet  
dici Mediator-  
em cum Re.

CIV. Quærit SECUNDO Socinus, *an Christus possit dici mediator noster ullo respectu propter eam, quam pro nobis præstiterit satisfactionem, vel etiam propter ullam iræ Dei placationem, & propter ullam reconciliationem, & negat, addita ratione* 1. quod Mediator non usurpetur nisi pro medio inter duos, ut Deum & hominem & internuncio, per quem altera pars ad alterius partis, cui fuerit remissum, invitetur confœderationem, 2. quod non mittatur ab hominibus internuncius ad rebelles, sed ad eos, quibus jam modo sunt dimissæ iniquitates, & 3. quod alij interpretes iccirco reddiderint 1. Tim. 2, 5. non *mediatorem* sed *internuncium* vel *intercessorem* quodque nullus dari possit locus, unde liqueat, mediatorem esse, qui duos inter se dissidentes componat & alterum alteri conciliet. Gal. 3, 19: Moses dicitur internuncius in lege promulganda, non in Israelitis cum Deo pacificandis. Verum enim verò & experientia politica refutat partem harum instantiarum, & sacræ Scripturæ de Christo aliter Mediatore constituto quam fuerunt alij mediatores, rem totam decedit planissimè.

CV. Quod non nisi eodem sensu Christus fuerit dictus Mediator, probare contendit ex 1. Tim. 2, 5. Heb. 8, 6. & 9, 15. & 12, 24. & tamen quod loco responsionis alicujus illico subicere placet, cogitur ipse concedere, versu mox sequente sexto addi in Epistola  
ad

ad Timotheum, quod ille Mediator seipsum dederit in redemptionis precium pro omnibus, testimonium temporibus suis destinatum (videlicet ut Petrus, 1. Epist. 1. 10. intelligit) Sicut etiam in reliquis locis, Hebr. 8. 3. 6 & 9. 12. 15. & 12. 24. Semper determinationes à sanguine Christi desumptæ adduntur. Unde quilibet ratiocinabitur, alio modo esse mediatorem Christum, quàm fuit olim Moses. Etsi verò ipse de sanguine fuso, interpretationem suam, (quod confirmet Christi sanguis viam salutis nobis à Christo demonstratam) subinde repetat, tamen nos subinde repetimus nostram de pecoribus, loco hominũ sacrificarum. Et fuit Christus Mediator etiam Veteris Testamenti, sicut ex Hebr. 9. 15. non obscurè colligetur. Si enim morte ejus etiam veteres sunt redempti, tum necesse est, ipsum esse veterum Mediatorem. Mediator in lege promulganda, Moses, est quidem typus Christi, quatenus Prophetæ, sed non quatenus Sacerdotis talis, qualis sacerdos nobis Christus describitur.

CVI. Quis autem feret ita arguerantem Socinum: Verbum redimendi, plerunq̃ue semper significat simplicem liberationem, citra precij solutionem. Ergò in negotio de expiatio humano per Filium Dei etiam nihil significabit aliud, quam liberationem citra omnem satisfactionem. Exod. 15. 13. Deus redemit populum suum à Pharaone, quem liberat à tyrannide seu servitute Pharaonis citra ullius precij solutionem. Idque Deut. 7. 8. & 9. 26. & 13. 5. & 21. 8. & 2. Sam. 7. 23. Nehem. 1. 10. 11. Psal. 77. 16. Psal. 111. 9. repetitur, atque Moses minister educationis inde dicitur Redemptor *λυτρωτής* Act. 7. 35. Præterea Esaiæ 29. 22. dicitur Deus redemisse Abrahamum, quia eum eduxit ex Chaldæa, & Psal. 31. 6. David liberatus ab inimicis dicitur redemptus, quæ etiam Christus repetit in cruce verba Davidis. Item hinc sunt passim phrasæ, *DEVM redimere* de morte, de inimicis, animam seu vitam.

CVII. Eo autem magis eandem significationem in hoc negotio retinendã docet, quia Moses Christi fuit typus, ille mediator veteris, hic novi Testamenti, ille de manu Pharaonis, hic de manu mortis, ille potestate, Exod. 6. 6. sibi à Deo tradita, & hic Christo quoque omni potestate à Patre sibi concessa. Huc igitur accersit illa, Luc. 1. 68. item Galat. 3. 4. 13. Tit. 2. 14. 1. Petr. 1. 18. ubi nusquam dicimur redimi à iudicio Dei, vel a iusticia divina, sed ab iniqui-

F

rati.



tibus nostris, à vana conversatione, ab execratione legis, vel pœna. Sic per Christum liberamur ab ira, Rom. 5. 9. 1. Thess. 1. 10. 2. Thes. 1. 8. 9. i. e. à supplicio, quod in extremo die impij subibunt. Cumque ibidem Apostolus dicat, nos à tanta pœna liberandos per vitam Christi, constat quod ab eadem non liberemur per mortem Christi, sed quia Christus vivens nos sua potentia eruet.

*Instantia alia  
Socini pro ipsi  
us sensu de  
Christo redem  
tore vocato.*

CIX. Si aliter Christus nos redemit ab iniquitatibus, à vana conversatione, ab execratione legis, tum iniquitatibus & execrationi legis, aut ei quod in eis nos detinebat, aliquid solvisse Christum erit dicendum; Si Christus propriè factus est execratio, tum subiisse eum oportuit æternam mortem. Si lex tantum ad Judæos pertinuit, & Christus nos redemit ab execratione legis, tum tantum Judæos redemit. Hæc autem omnia, quia absurda sunt, dicendum necessario est, in toto negotio isto, Redimere, nihil esse aliud, nisi simpliciter aliquem liberare, & sibi asserere.

*Instantia 3.  
Socini pro i-  
psius sensu de  
Christo redem  
tore vocato.*

CIX. Nec enim ullus dari potest locus, qui loqueretur de veri alicujus precij solutione seu satisfactione, in primis Luc. 2. 38. & 21. 28. & 24. 21. Rom. 8. 23. Ephes. 4. 30. Hebr. 11. 35.

*Instantia 3.  
Socini pro i-  
psius sensu de  
Christo redem  
tore vocato.*

CX. Sic etiam vendere dicuntur, qui tamen nullum precium accipiunt. Deut. 32. 30. Jud. 3. 8. & 4. 1. D E U S vendit suum populum, id est, tradit hostibus eum, Imò homines hoc sensu per peccatum seipso vendere dici possunt, ex Esa. 50. 1. Sicut Paulus dicit, se venundatum, seu mancipatum peccato, Rom. 7. 14. & ex tali servitute nos redemit Christus, non ex alia, citra omne precium. Sicut enim sine omni precio sumus venditi, ita sine omni precio sumus redempti. Atque licet Christus sanguinem suum nominet λύτρον, tamen etiam metaphoricè hoc facit Matth. 20. 28. Marci 10. 45. 1. Tim. 2. 6. sicut ipsum vendere & redimere est metaphoricum.

*Instantia 4.  
Socini pro i-  
psius sensu de  
Christo redem  
tore vocato.*

CXI. Quæcunque est vera liberatio in ea requiruntur, 1. Captivatus. 2. Captivans. 3. redimens. 4. Precium. 5. Accipiens precium. At in Christi redemptione non possunt illa quinque demonstrari, Ergò redemptio per Christum facta non est vera, seu

seu propria redemptio: Minor probatur, Etsi enim in redemptione per Christum est, 1. Captivum genus humanum, 2. Captivans peccatum, diabolus, mundus, reatus seu poena aeternae mortis, 3. DEUS redimens per Christum, 4. Vita Christi Patri ab ipso data, pro nobis redimendis, Tamen accipiens precium pro nobis datum, quinto loco nullus dari potest. Aut enim accepit illud precium NEMO, aut Diabolus aut DEUS. Non hic quia ipse dedit, non iste, quia hoc absurdum. Ergo ille, id est, NEMO, & per consequens, redemptio per Christum facta est metaphorica, redemptio. Quapropter pretium etiam redemptionis TANQUAM nostrae est sanguis Christi metaphoricum, Nam sicut Christus dicitur, Rom. 3. 24. propitiatorium, quod sicut DEUS ex propitiatorio sese revelat, ita is quoque in Christo sese patefecit: ita nos sanguis Christi de voluntate DEI certos facit. Sic & ipsa redemptio nihil est aliud, quam ex voluntate libera profecta remissio peccatorum.

CXI. Etsi verò per resurrectionem Christi potius, quam per Instantia 5. mortem liberari pios, & ad aeternam beatitudinem evehi docent Socini pro ipsa scripturae, tamen, inquit Socinus, precium nostrae redemptionis, sacrae us sensu de litera non resurrectionem statuunt, sed ipsum sanguinem & mortem Christo redempti Christi, 1. Quod non ea sit analogia sive proportio resurrectione vocato. nis Christi ad precium, quae est sanguinis & mortis ad Christum. Moriendo enim Christus dat aliquid de suo, videlicet vitam suam, Ecce habemus resurgendo non modo nihil dat, sed plurimum lucratur. 2. Quia, confitentem a sanguis nos plus movet ad credendum tantum beneficium, quam liqua REV. resurrectio, & simul vellit nobis aures, quod DEO simus obligati, qui nos per vitam Filii sui sibi redemit, ne posthac ulli alteri nos mancipemus. 1. Corinth. 6. 19. & 7. 22. 23 1. Petr. 1. vers. 17. 3. Quia mors CHRISTI plus charitatem DEI erga nos commendat, quam resurrectio, ideò etiam CHRISTUS nihil post mortem sibi amplius ascribit, Johan. 17. 4 5.

CXII. Verum enim verò ad haec omnia responsiones sunt *Responsiones ad tot instantias Socini.* illicò in promptu, 1. Concedimus verbi REDIMERE esse varias significationes, & scimus Moysen esse redemptorem ministrarialem

nalem populi ex Ægypto. 2. At Mosen esse mediatorum V. T. dextrè intelligendum. Angelus magnus tulit legem, Exod. 23. 20. Act. 7. 39. Moses tantum ab Angelo dicta verba excepit, & populo dedit in illo actu, *ibidem*. Aliud etiam est verus Testamentum, si de sacrificijs intelligas, aliud est actus ille promulgatæ legis, verus Testamentum non desinit, nisi in Christo, & non cœpit demum in Mose. Etsi enim tempore Mosis repetitur & confirmatur, tamen inde post receptum genus humanum in gratiam, cum sacrificijs viguit. 3. Luc. 2. 68. *Deus ἐποίησε λύτρωσιν*, fecit redemptionem, sed *quomodo* erecto cornu Davidis, jam modo Messia in visceribus virginis producto, quod erat initium liberationis futuræ per Messiam. De reliquis locis plerisque omnibus jam antea fuit explicatum. Vide disput. 15. th. 105. & sequent. & alibi.

CXIII. Quando dicimur redimi ab execratione legis, ibi dicimur à judicio Dei, æterna morte & pœna liberari. *Neque quicquid refert, quod liberabimur per Christum à futura ira, siquidem is est effectus satisfactionis Christi, nil etiam refert, quod per vitam Christi liberari dicimur, quia morte satisfactum est, vita Christi fit nobis applicatio.*

CXIV. Ad syllogismum quod attinet, est in eo mala applicatio, Genus humanum est *captivus ille*, & venit in captivitatem propter peccatum, inque captivitate executionem decreti justitiæ divinæ, Gen. 2. 17. *Quacumque die comederis, morte morieris*. Captivans est Deus ipse, seu justitia divina, ex qua prodijt decretum, Gen. 2. 17. & juxta captivantis hujus decretum debebatur mors æterna, & servitus Diaboli. *Redimens* est Deus ipse faciens illud juxta modum indicatum disput. 16. th. 132. 133. per Christum; *precium* est mors Christi, sanguis Christi; *Accipiens* est iterum Deus ipse, hoc pacto, salvam præstans auctoritatem justitiæ suæ divinæ, cujus decretum erat datum.

CXV. Neque in hoc mysterio valet regula humana, *Dans non potest esse accipiens*, cum nec semper in humanis illud ipsum valeat. Faterur enim ipsemer Socinus creditorem sæpè dare pecuniam debitori, quam idem debitor, eidem creditori publicè numeret, & sic liberetur, quod aliter debitor liberari nequeat. His igitur facilimè expeditis corrumpit syllogismus, & manet redemptio per Christum.

stum facta SINGULARIS propriissimæ redemptioni alicui  
miris modis analoga.

CXVI. Propitiatorium repræsentavit Christum, at suo quo-  
piam modo, non solum illud, sed & sacrificia coram propitiato-  
rio in conspectu Jehovæ repræsentabant Christum, & quidem  
moriturum pro peccatis hominum. Etiam manna suo quoquam  
modo repræsentavit Christum. Non omnia possunt quæri in uno  
typo, ideoque non valet argumentum à negatione unius typi ad  
negationem quoque alterius typi. Quæ de causis crebrius repeti-  
tæ in sacris mortis Christi adducit Socinus, ea quatenus congru-  
unt sacris non repudiamus, dicimus autem esse insufficientia. Nam  
scriptura præter eas causas addit præcipuam, quod sanguine &  
morte Christi sint expiata & deleta peccata.

CXVII. Nec illud Matth. 8. 16. 17. nostræ sententiæ contra *Iterum ex-*  
riatur, uude istud simpliciter interpretatur juxta analogiam *plicatur il-*  
Hebræorum verborum in Esaia & alibi, quod morbos præhende- *lud Matth.*  
rit & abjecerit, sicut peccata, pœnas peccatorum, &c. suscepit, lu- *8. 16. 17. ex*  
stinuit, & à nobis derivavit, λαμβάνειν significat quocunque mo- *Esaia 53. ab-*  
do accipere, omnis qui petit accipit, Matth. 7. 8. Sic consilium accipiunt, *legatum,*  
Matth. 27. 1. Testimonium accipitur, Joh. 3. 32. βασίζειν significat etiam  
quocunque modo gestare, Matth. 20. 12. portavimus pondus diei per e-  
sum, Luc. 14. 27. Christiani portant crucem, & veniunt post Christum, Joh.  
16. 12. discipuli non possunt omnia verba Christi portare, Act. 9. 15: Paulus de-  
bet perferre nomen Christi ad gentes, reges & filios Israel. Prorsus igitur  
eodem modo de gestatis & portatis morbis hic locus intelligi po-  
test, quomodo ille Esaia 53: de iniquitatibus nostris in Christum  
conjectis, & simul de pœnis iniquitatum perversitati debitis ab  
eodem sublatis, Sumisit Christus morbos, & ab hominibus eos-  
dem removit.

CXIX. Socinum æmulatus Smalcus primum illa verba: *Instantia*  
Petr. 2, 23. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, di- *quadam*  
sputat non habere posse sensum alium, quam hunc, qui peccata no- *Smalcij ex*  
stra abstulit per corpus suum. super lignum. Et Socinus hanc explicatio- *1. Petr. 2, 23.*  
nem roborare nititur, ex eo, quod præpositio IN in infinitis locis  
Novi Testamenti ex proprietate Hebræi sermonis, significet idem  
quod PER, *Aufferre igitur peccata tradendo morti crucis corpus suum,*  
*&c. 70.*

Quod sustinere poenam peccatorum in suo corpore cruci affixo, dicit non posse unum & eundem habere intellectum.

Responsio ad  
precedentē  
instantiam  
Smalcij.

CXIX. Verum universale seu catholicum hoc non est, quod IN significet PER, 1. Cor. 12. 18. DEVS collocavit membra in corpore. 26. ne sit igitur schisma in corpore, sed alia pro aliis curent membra, Vide alia exempla, 2. Cor. 4. 10. 11. 12, Gal. 6. 17. 2. Etsi catholicum esset, & sensus ille simpliciter elici posset, qui abstulit peccata nostra tradendo morti crucis corpus suum, tamen illud nihil faceret pro adversarijs, Neque enim præpositiones istæ sensum illum in aliis oraculis plenius planius expositum mutabunt, Ephes. 1. 7. In Christo habemus redemptionem per sanguinem ejus. Ephes. 2. 13. In Christo Iesu facti estis propinqui in sanguine ejus. Hebr. 13. 12. 20. Similis est permutatio.

Nova instā-  
tia Socini.

CXX. Non prætereundum est nobis illud, quod Socinus alicubi docet, etiamsi sensus ille obtineret, quod Christus sustinisset nostra peccata, quod tamen nihil hinc sequeretur pro satisfactione Christi, sed quod tum idem sit sensus, qui est in illis dictis, etiam vulgi, quando dicit, in aliquem incurrisse iniquitatem alterius. Item Thren. 5. 7. Patres nostri peccaverunt, & non sunt, & nos portavimus iniquitates eorum, hoc est, nos occasione iniquitatum Patrum nostrorum affligimur, quia dantur nobis, quæ Patribus dari debuissent.

Responsio ad  
novam illam  
objectionem.

Verum ad hanc objectionem hætenus sæpè fuit responsum & monstratum ingens discrimen inter Filium Dei, in quem Pater conjecit omnium nostrum peccata, sicut conjiciuntur super pecus sacrificiale, quod expiat illa peccata, deinde inter amicum dura subeuntem pro amico, & reconciliante eum, alijs tamen modis, quam quibus victima satisfacit. Legantur etiam ac expendantur omnes historiæ omnium captivitatum, tum Israelis, tum Judæ, & omninò contra Socinum, non verò pro ipso facient. Nam primò 1. Reg. 12. 26. Jeroboam post Salomonis tempora facit vitulos aureos, & ita introducit in populum Dei singularem Idololatriam. Hoc peccatum Jeroboami fuere æmulati & IMITATI alij plurimi, quos dicitur peccare fecisse iste auctor primus, 2. Reg. 22. 15. Deinde, quia etiam maturè altari seu cultoribus vitulorum aliqua poena prædicatur, 1. Reg. 13. 1. 2. 3. item 1. Reg. 14. 15. hæc cunctos successores reges & subditos mo-  
vere



verè, & ab imitatione cultus idololatriæ abstrahere ipsosmet  
ipsamet debuisset, prædicitur nimirum ultimo jam allegato lo-  
co ipsa exiliij pœna, talibus verbis: (Avellet Jehova Israel em è terra  
bona ista, quam dedit Patribus eorum, & disperget eos transflü-  
men, eo quod fecerunt lucos suos irritantes Jehovam tradetque  
Israel em propter peccata Jeroboam, qui peccavit & peccare fecit Is-  
rael em, quæ ultima verba repetuntur, 1. Reg. 15. 30. Tertio in via Je-  
roboam quam multi reges & subditi ambularint, legatur in hi-  
storia Regum, saltem concordantiarum adhibito adminiculo,  
& magnus computabitur numerus. Quarto ab his peccatis  
nondum recedebatur, 2. Reg. 15. 28. & 16. 17. & 1. 2. 3. & 23. 37. & 24.  
unde tum captivitates ingruerunt, & cum primis illa, de qua  
conqueritur Jeremias Propheta in threnis. Sic igitur isti non  
occasione Patrum, sed propter imitationem paternorum sce-  
lerum sint passi.

CXXII. *Patres nostri (inquit) peccaverunt & non sunt, quasi di-  
ceret, non tantum Jeroboam propter suum inventum dedit pœnas, sed & re-  
liqui Idololatræ quasdam speciales pœnas à DEO immixtas sustinuerunt  
quas lectio librorum regum demonstrat, Nos pœnas iniquitatum e-  
orum portamus, nimirum, juxta declarationem, Ezech. 18, quia vi-  
delicet nos ab iisdem peccatis non recessimus, ideo eorum etiam pœnas huc  
usq; portavimus. Toto igitur cœlo distat explicatio Socini à nativo  
sensu Prophetæ Jeremiæ. Et per consequens neque Sociniano  
sensu Christus portavit in corpore suo super lignum peccata  
nostra.*

REFUTATIO CENSURÆ SMALCII SUPER OCTAVÆ  
QVAESTIONIS EXPLICATIONEM.

CXXIII. De prioribus septem quæstionibus actum maxima ex parte est  
i. disputatione decima septima: nunc octava quæstio quæ fuit, Vbi in sacris  
litteris Christus dicatur factus Patri  $\lambda\upsilon\tau\epsilon\omicron\nu$ , & responsio ad eandem fuit,  
ex Eph. 5. 1. Christus tradidit semetipsum pro nobis oblationem Deo, &  
in odorem bonæ fragrantia. Et plura in his ipsis disputationibus pro  
eadem sunt dicta, Præcipuum quod regerit Smalcus est in illo, cum  
inquit: Etiam si tandem concedatur, in loco, Eph. 5. 1. dici Chri-  
stum sese Deo tradidisse oblationem & victimam, quod falsum est, hoc ta-  
men longè aliud est ab eo, quod nos requirimus, an scilicet se Patri  $\lambda\upsilon\tau\epsilon\omicron\nu$   
tradiderit, cum certum sit dari oblationem & victimam, quæ non sit  
 $\lambda\upsilon\tau\epsilon\omicron\nu$ . Hec ille.

CXXIV.

CXXIV. Respondemus; ex totis Bibliis Smalcus demonstrare in æternum non valebit esse oblationem ac victimam propriè, & in prima significacione, quæ non sit λύτρον. Nos ejus rei gustum dedimus in disputatione 1614. 10. Junij habita, ut & postea in alijs disputationibus per hunc tractatum, nec opus est, toties eadem reperere.

REFUTATIO CENSURÆ SMALCII SUPER NONÆ  
QUÆSTIONIS EXPLICATIONEM.

CXXV. Nona quæstio fuit, utrum Christus nos redemerit ab ira æterni Patris & responsum affirmatè. Idem a. sunt redimere ab ira Patris & satisfacere justiciæ divinæ: id quod concedit ipse Smalcus. At Smalcus dicit sensum hujus responsionis in sacris non extare, extare verò hunc, quod Christus nos redemerit à peccatis, & à reatu peccatorum, quæ est mors æterna, & Christum mortuum esse, ut salutem æternam non tantum amplecteremur, sed etiam consequeremur. Respondemus, mortem æternam (reatum illum peccatorum) esse iræ divinæ effectum, & executionem. Et quod justiciæ divinæ decreto omnino satisfecerit Christus, hætenus luculenter satis factum esse confidimus. Quod ad legem pertineat illud sine sanguinis effusione non fit remissio, superius alicubi exposito modo largimur, interim ut typicum illud accipiendum supra probatum est, & sicut ibi in typo, ira nec in antitypo porerat fieri remissio sine sanguinis effusione: id quod ad raram hætenus est inculcatum.

REFUTATIO CENSURÆ SMALCII SUPER DECIMÆ  
QUÆSTIONIS EXPLICATIONEM.

CXXVI. Decima quæstio fuit, an PORTARIT Christus, (abstulerit & nō portarit) peccata, de qua hætenus valdè multa sunt dicta, ne actura tertio vel decimo etiam agamus.

REFUTATIO CENSURÆ SMALCII SUPER UNDECIMÆ  
QUÆSTIONIS EXPLICATIONEM.

Objectio. I. CXXVII. Undecima quæstio fuit, utrum ex eo, quod Christus dicitur Mediator, sequatur, eum pro nobis satis fecisse, nos affirmamus, ille negat, adducto argumento, quod etiam Moses dicatur Mediator Dei & hominum, qui tamen pro nemine quicquam satisfecerit.

Responsio. CXXVIII. Sed quid opus est multis de hac facili materia. Scriptura n. testatur, alio modo Mediatorem, redemptoremq; esse Christum, alio modo Mosen: nimirum Christum non nisi per sanguinem, Mosen verò ut ministrum liberationis miraculosæ ex Ægypto. Eph. 1. 10. In Christo habemus redemptionem PER SANGUINEM ejus. Eadem responsio militat in omnibus alijs Epithetis Servatori nostro attributis. Cum dicitur Propheta, reconciliator, liberator. In voce REDEMTOR non inclusa continetur satisfactio sub primum aspectum, sed cum ea conjungenda sunt res aliæ, de quibus hætenus satis est actum. Et quia hac conditione REDEMTOR Christus est talis, qui satisfecit, ideo tandem redemptorem accipimus pro satisfactore.

REFUTATIO CENSURÆ SMALCII SUPER DVODECIMÆ  
QUÆSTIONIS EXPLICATIONEM.

Hæc coincidit cum superioribus.

F I N I S.

94 A 7382

ULB Halle

3

002 183 692




Sb.

VD 17

21.7.99 Bd. 1







DISPUTATIONUM THEO-  
LOGICARUM  
*De*  
SACRIFICIIS  
SATISFACTIONIS CHRIS-  
TI PRO PECCATIS TOTIUS MUN-  
DI PRÆSTITÆ, TYPIS FIR-  
MISSIMIS.

*Adversus recentiores Arianos seu Photinianos Satisfac-  
tionem CHRISTI omnem pernegantes*

DECIMA OCTAVA:

In qua iterum objectis Photinianis contra meritum Chri-  
sti alijs respondendi modus demonstratur &  
continuatur.

*QVÆ*

In Collegio Disputationum Theologicarum privato in Templo arcis  
*ad d. 18. Januarij Anno c1o 1o cxvi. in incluta VViteber-  
gensum Academia habebitur.*

PRÆSIDE

VVOLF GANGO FRANZIO, S.S.  
Theologiæ Doctore, & Professore Publico.

RESPONDENTE

LUCA HIEBERO  
Augustano.

---

*VViteberga, Typis Johannis Gormanni.*